io inprimis præceptore usus, ad Theologiam omni animi conatu incubuit, linguarum atque humaniorum literarum studio minime neglecto. Hæc enim πρὸ ὁδοῦ καὶ ἔργου sunt, quodcunque doctrinæ genus capessas. Anno millesimo, quingentesimo, vicesimo secundo, cum J. Bugenhagius Wittembergâ evocatus, doctrinæ, rituum, & vocationis ministrorum Ecclesiæ Hamburgensis formam descripsisset, & scholam in cœnobio S. Joannis constituisset: Æpinus Pastor ad D. Petri, ac biennio post, totius Ecclesiæ Hamburgensis Superintendens, ut appellamus, pridie Pentecostes est constitutus. Deinde anno trigesimo idem Æpinus, ut testimonium etiam ab exteris haberet, una cum Caspar. Crucigero, &, de quo modo diximus, Bugenhagio primus ex Evangelicis sanctæ Theologiæ Doctor salutatus est, panegyrin Academicam ipso Electore illustrante. Anno quarto post cum Henricus VIII. Angliæ Rex, Papatu abdicato conjunctionem & auxilia, ab urbibus maritimis, quæ Pontificis Romani tyrannidem abjecerant, interq; eas ab Hamburgensibus quoque petiisset, miserunt isti in Angliam cum Senatoribus, etiam Æpinum, ita Rege petente. Domum reversus ecclesiam suæ fidei concreditam docuit, & cum à fatali illa Germaniæ clade liber Cæsarianus in publicum exiisset, quo nova doctrinæ atque rituum forma sanciebatur: Æpinus & scriptum ipsum refutavit, & Lipsiensium atque Wittembergensium dissimulationem animique mollitiem apertè, συμμάχῳ Flacio Illyrico, notavit. Ad cœlestem triumphantis Ecclesiæ consuetudinem abiit

Æpi-

Æpinus, anno Christi millesimo, quingentesimo quinquagesimo tertio, decimo tertio *Maji; cum militasset in terris annos circiter viginti. Fuit & hic vir ingenio, varia linguarum, artium & rerum Theologicarum scientia magnus, quamvis eruditio ejus, ipso vivente, latuit ferè, & demum innotuit sub interreligionis forma. Itaque cum Melanchthon vidisset, quæ Æpinus contra illam formulam scripserat, hujus pluris, quam suas solutiones fecisse perhibetur, autore Chemnitio in locis communibus. Idem Melanchthon amicum epigrammate ejusmodi ornavit, ad effigiem Æpini apposito:*

Hæc est Æpini doctoris imago Joannis,
Qui docuit castè dogmata pura Dei.
Saxonicoque pios cœtus in littore rexit,
Fulsit & exemplis integra vita bonis.
Urbis ubi Hamburgæ stant ardua mœnia claræ;
Massiliæ veteris, quæ decus omne tenet.
Et superat meliore bono quod præbet honestum,
Et fidum hospitium, maxime Christe, tibi.
Inde etiam Æpinus, vigilans & pectore firmo,
Errorum fucas depulit atque dolos.
Ergo Deo grates tanto pro munere dico:
Utque regat semper pectora nostra, peto.
Et faciat semper nos unum ut simus in ipso,
Æterni gnatus quod petit ipse patris.

Plurimis in religionis negotio libris scriptis optimè de Republ. Christiana meritus est, quorum è censu sunt: Commentarius in Psalmum quendam Davidis, *in quo de Justificatione, de vita christiani hominis, de votis & juramentis, de consuetudine impiorum*

rum vitanda, de usuris, de contractibus, de reditibus, de corruptelis in judicio agitur, aliique non nulli loci diligenter explicantur. Præterea libellus de sacris concionibus *formandis, cum aliis ejusdem argumenti:* Liber de justificatione hominis, de operibus legis, de fidei justitia & origine, de fidei discrimine & virtute. De notis & signis justificationis fidei & hominum justificatorum, de imbecillitate & peccatis sanctorum, de discrimine peccatorum. *De* præmiis fidei & bonorum operum: *Cum confutationibus argumentorum, quæ ab adversariis adduci possunt. Ejusdem est* enarratio in Psalmum sexagesimum nonum, *in qua hæc continentur:* Descriptio Messiæ & regni ejus, quibus armis mundus Christiano expugnandus & subjiciendus sit: quomodo colligenda catholica Christi Ecclesia, quod ejus regimen, & quæ ejus defensio ac propugnatio, quæ virtus & efficacia ministerii. *Brevis explicatio articuli*, de descensu Christi ad inferna: *Item*, cur afflictionibus Ecclesia DEI exerceatur: congressus ecclesiasticos sedulò custodiendos & tuendos esse: Epitome historiæ de excidio Judaici regni: Prophetia de Judæorum *abjectione* & gentium *electione.* Hæc ADAMI. Non inutile statuo, si *Joh. Molleri* doctrinam, qua hunc Melch. Adami expolivit in Isagoge ad Histor. Ducatuum Slesvicensis & Holsatici Francof. edit. 1691. in 8. p. m. 569. f. in manus tibi dem, & hanc quidem: *Superintendentis officium Senatus A. 1532.* (non, qui *Melch. Adami* in vitis Theolog. Germ. p. 243. 244. est error 1522.) *Prid. F. Pentec. demandavit JOH.*

ÆPINO, Lutheri Discipulo, in Marchia, teste J. Ritzenbergio, (in Epitaphio ejus, postea allegando. Conf. Guilh. Crovvæi Elenchum Interpp. Scripturæ p. 192.) non autem Hamburgi, uti ab eodem Adamo & aliis falso traditur, A. 1499. in lucem edito, Scholarum ante hac Gryphisvv. atq; Stralsundensis Rectori, (vid. J. Micrælii Synt. Hist. Eccl. P. III. pag. m. 347. Dan. Crameri Chronicon Pomeraniæ Eccles. L. 2. cap. 13. & J. P. Resenii Lutherum triumphantem, lit. K. 3. a.) ac inde A. 1529. (quo Flensburgensi etiam cum Melch. Hofmanno colloquio interfuit) ad Pastoratum Civitatis suæ Petrinum evocato. Is nova hac auctus dignitate, doctoris titulum in Acad. Witeb. petiit, & d. 16. Jun. A. 1533. (in cujus locum alii, Melch. Adamus, Micrælius & Crovvæus locis citatis, A. 1530. malè substituunt) cum Joh. Bugenhagio & Casp. Crucigero, Professoribus ejusdem Theologis, à Decano Justo Jona præsentibus, præter Joh. Frid. Elect. Saxoniæ, (cujus sumptu Promotio instituebatur) 4. Principibus aliis impetravit. (Vid. Gotfr. Suevi Acad. Witeb. lit. I. 4. b. K. 1. a. Ddd. 3. b. Eee. 4. b. & Sennerti Libr. I. Athen. Witeb. p. 879.) A. 1534. Henrici VIII. Angliæ Regis, postulatu, cum Legatis Hamburgensium, Alb. Westedio, Consule, & Henr. Hesterbergio, Senatore, illuc profectus, suum de Controv. istius temporis, & Papismi abolendi ratione judicium ei exposuit, divortium autem probare noluit, tandemque donis cumulatus amplissimis, Hamburgum remigravit. (Vid. J. Ritzenb. Epitaph. Æpini. Trat sig. Chron. Hamb. ad Ao. 1534. Chytræi Chron. Sax. cap. 11. pag. 241, Melch. Adami loc. cit. pag. 244. Joch. Vagetii Præcidan.

dan. de orbe habitabili pag. 261.) A. 1548. librum interim scripto, de quo plura alibi (P. IV. c. 1. §. 5.) diximus, egregio confutavit, & hujus ope in Germania universa inclaruit. A. 1549. Gravissimæ cum collegis suis, de Descensu Christi ad inferos implicitus est controversiæ, cujus Historiam §. 7. proponemus. Ao. 1550. Lubecam, ad componendas Presbyterii de Justificatione lites, & non multo post Hafniam, ut Pontificiorum in Aula Danica machinationibus resisteret, excurrit. (vid. Ritzenb. l. c.) Finem vivendi fecit d. 13. Maji, A. Sal. 1553. æt. 54. Defunctum celebrarunt JOH. RITZENBERG, Secret. Hamb. in Epitaphio Elegiaco prolixo Rostochii Ao. 1555. (vid. de illo cap. VIII. §. 3.) excuso, & JOH. MAGDEBURG, Diac. Petrinus, in der Grab-Schrifft *Joh. Æpini, scripto Rythmico, Hamburgi A. 1553. (in 4.) impresso. Elogia, quibus à Melanchthone, Chemnitio, Chytræo, Tarnovio & Schlüsselburgio est ornatus, Capite V. (§. 5.) jam recitavimus. Adde his Matth. Flacium (in narrat. Certam. suorum ap. Schlüsselb. l. 13. catal. Hæret. pag. 818.) qui Virum doctiss. Gravissimum Laudatissimum & fide dignissimum, Luc. Osiandrum (in Epit. Histor. Eccl. cent. 16. pag. 630. ubi falsò tradit, eum Ao. 1554. obiisse) qui Theologum Excellentem, & Mich. Neandrum, in Descript. Orbis Terr. pag. 139.) qui Theologum insignem atque exercitatum appellare eum non dubitarunt.*

In *Boissardi* Biblioth. Chalcograph. lit. K. 2. finde ich unter seinem Bilde dieses distichon:

Pastor in Hammonis sacra pabula præbuit urbe,
Æpinus gregibus Rex, pie Christe, Tuis.

AGATHIUS GUIDIACENSIS ſive Guidacenus, ſacræ Theologiæ in originalibus linguis regius profeſſor, ſcripſit in quatuor & viginti primos Davidicos Pſalmos commentaria, in quibus maximè Hebraicum Pſalmorum contextum examinat. Idem Canticum Canticorum ſuccincta explicatione complexus eſt. Claruit anno Domini 1540. ſchreibt *Sixtus Senenſis* Bibl. S. L. IV. p. 191. *Hendreich.* l. c. p. 59. *Olearius* in Abaco p. 10. welche letztere beyde *Antonii Poſſevini* Libr. II. Bibl. S. pag. 243. ſeq. citiren. Ich ſetze dieſes Jeſuiten Apparatum Sacr. hinzu / allwo er pag. 19. ſchreibt / daß er nur über den 24ſten Pſalm Davids allein geſchrieben habe. *Imbonatus* in Bibl. Latino-Hebr. pag: 2. giebt dieſe Nachricht: Agatius Guidacerus, Clericus ex oppido Rocca Corragii Calabriæ, Regius S. Theol. Profeſſor, ſcripſit Grammaticam Hebraicæ linguæ, & eſt brevis inſtructio legendi Ebraicè ad Leonem X. Pariſ. 1539. Crowæus in Elench. Scriptorum meldet / daß gedachter Commentarius zu Pariß Anno 1546. in 8. herausgekommen.

Von ANTONIO AGELLIO giebt uns *Hendreich.* l. c. dieſen Unterricht: *Agellius*, Presb. Regul. Theatini Ord. deinde Epiſc. Acernenſis in regno Neapolitano. Comment. in Pſalmos & in Divini Officii Cantica, Romæ Fol. 1606. Pariſ. 1611. Fol. Comment. in Lament. Hieremiæ, ex Auct. Græcis & quibusdam Latinis, inſtar Catenæ collectum Romæ 1589. 1598. 1607. in 4. Latine, cum ſuis ad Vulg. Bibl. verſionem explicationibus.

Com-

Comment. in Habacuc & Consilium Filii Dei institutæ Eucharistiæ, Ant. 1597. in 8. In Prov. Sal. Paris. in Cantica Par. fol. 1611. Meditat. de V. Pass. Christi mysteriis. Colon. in 12. Vertit Cypriani quædam. Interp. est Procli Archiep. Politani, Epistolam de Fide ad Armenios. Item Cyrillum Alexandrin. de adorat. & cultu in Spiritu & veritate. Ejusdem adversus Nestorii blasphemias contradictionum libri V. welche zu Rom 1607. in fol. gedrucket worden.

Was HENRICUS AINSWORTH vor Schrifften ausgehen lassen/ wird ebenfalls daselbst pag. 74. specificiret: Medullam Bibliorum. In Pentateuchum, Psalmos & Canticum Angl. Lond. 1639. 1627. de Communione Sanctorum 1615. Angl. Sagittam contra Idololatriam. Contra Anabaptistas Belgice 12. Ultr. 1654. Advertissement touching some objections made against the sincerity of the Hebr. Text. and the allegations of the Rabbins, Lond. Refutation of H. N. his Epistle to the Daughters of Warwick Amst. 1608. 4. The Trying out of the Truth between John Ainsworth and Henrii Ainsworth, the one pleading for, the other against Popery. 1615. 4. Certain Notes out of M. Ainsworths last Sermon on 2. Petr. 2. 4. 5. 1630. 8.

Hoornbeck in summa Controversiarum p. 740. erzehlet dieses von ihm. Cum Johnsono, Amsteldami, ejusdem sectæ erat *Heinricus Ainsvvorth:* qui Confessionem ediderunt Ao. MDCII. Sed Johnsono, viro admodum contentioso, neque cum

Fratre primum Georgio, tum nec cum Parente bene conveniebat, quem utrumque etiam excommunicavit. Deinde inter Johnſonum atque Ainswortum obortâ lite, in duas partes ſciſſa ſectas fuit, quæ ſe mutuo excommunicabant: & Johnſonus, cum ſuis, Emdam conceſſit, ubi cum ejus morte Congregatio ſoluta fuit & evanuit. Ainsvvorthus in Hiberniam trajecit, nonnullosque ibi reliquit diſcipulos, brevi reverſus Amſteldamum. Poſt cujus mortem Cœtus Amſteldamenſium Brovvniſtarum parum abfuit quin in fumum abiiſſet.

Die neunte Edition von ſeiner Arbeit über die Pſalmen iſt mir aus dieſer Beſchreibung Act. Erud. kund worden:

Henrici Ainsvvorthi Annotata in Pentateuchum, Pſalmos & Canticum Canticorum cum enumeratione refutationeque objectionum quarundam contra Hebræi Textus integritatem, ac Rabbinorum in iisdem Annotatis citationem, ex Anglica lingua in Belgicam translata a Sibrando Vomelio, V. D. Miniſtro Bolſvvardenſi. Leovvardi, apud Heronem Nautam, 1690. in fol. Alph. 12. pl. 16.

Dudum eſt, quod inter lumina decoraque Sacrorum Interpretum, quibus Anglia gloriatur imprimis, *Henricus Ainsvvorthus* innotuit, itaque ingenio judicioque, ac doctrina in divinioribus literis interpretandis abunde ſpectata probataque affecit legentes & tenuit, ut nec pauci Commentatorum Moſaicæ potiſſimum Scripturæ ſuos inde duxiſſe latices, & de iſto fonte ſe ingurgitaſſe probe haud temere

temere videantur. Quo factum, ut Matthæus etiam Polus in ſua Criticorum Synopſi paſſim ſæpiusque vocare ad partes, & deflorare accuratius hæc ipſa Ainsvvorthi Annotata penſi habuerit, *tanto* ſcilicet *acumine & judicio, tanta fide & peritia exarata, ut digna auſit pronuntiare, quæ in exteras linguas transfundantur.* Quare omnino operæ pretium fecit Vomelius, dum vertendi hanc aleam jecit, nec poſſumus non approbare induſtriam ſtudiumque in iſto labore Belgis civibus ſuis navata. Adeo enim exquiſita & egregia plurima habet, quæ à vulgo Interpretum fere aliena ſunt, & demorſos ungues, ſolertiamque amuſſitatam ſatis ſuperque præferunt. Quippe cum id ſedulo Autor agat, ut non tantum phraſin & dictionem ex fontibus excutiat, explicetque, ſiquid obſcurum & ambiguum, verum etiam ut in μυστικώτερα inquirat, evolvatque, ubi ſenſus reconditior inſit, qui Chriſtum ejusque diſciplinam tegat figuris, & ambagibus typorumque involucris cæleſte velet arcanum; nec alia incedit linea, quam ut ſigna ac umbras cum corpore, priſcumque Fœdus cum Novo conſiderate atque apte jungat contendatque, & inſuper ea, quæ quavis ratione faceſſunt negotium ac turbant, ex clarioribus ipſiusmet Scripturæ locis diſcutiat amoliaturque. Id quod pulchrum eſt, & mirifice decet, ut ipſa vis orationis, & linguæ indoles, Scripturæque virtus ac dignitas, ex ipſa potius Scriptura magis eniteat ac magis. Namque ſolet fieri, ut varient mutentque ſermonem Scriptores Sacri, & easdem res alio aliove quaſi amictu conveſtiant, &

nunc presse atque constricte agant, nunc dilatent se, & quiddam amplius afferant, itemque sub tenebris & densa quadam involvant nocte, quod aliquanto plenius ac apertius alibi, &, remota caligine, disertius exponunt. Atque hanc sibi jucundam rationem potissimum duxit Ainsvvorthus, ut nec aliam ad germanos Scripturæ sensus eruendos, pertentandasque omnes latebras viam insisteret, sequereturque ipsum Spiritum Divinum, velut Ariadnæum filum, ac optimum verborum suorum ἐξηγητήν. Hinc Genes. IV. v. 1. *Et Adam* ידע חוה optime exponit ex Num. XXXI. 17. אשה ידעת איש למשכב Sic Num. XIV. 21. חי אני tanquam Divini juramenti formulam ex Jesaiæ XLV. 23. arcessit כי נשבעתי quod Paulus Rom. XIV. 11. ita adducit: ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος. Et Deut. VI. v. 13. ובשמו תשבע, ubi jurare in solo Dei nomine jubemur de ἐξομολογήσει seu religiosa Divini Nominis confessione cultuque ex Apostolo intelligit, qui Iesaiæ istud, כי לי תכרע כל ברך תשבע כל לשון; Cap. XLV. 23. ad Romanos loco antea citato transtulit: Ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ. Gen. XLVIII. 16. ויקרא בהם שמי ושם אבתי אברהם ויצחק vertit, juxta Belgicam expressionem, *ende laat miin name over haar genoemt vvorden, ende de name van miine Vaders Abraham en Isaak*, sensumque petit ex Deut. XXVIII. 10. 2. Chron. VII. 14. Ierem. XIV. 9. ubi *nomen Dei vocari* dicitur *super nos*, quos ut filios nempe adoptavit, inque nomen suum assum-

ſumſit. Secus atque τ̃ ἐξ ἐναντίε ſententia, qui hunc Geneſeos locum ad Sanctorum invocationem cogunt, inflectuntque, quos male inde urit Ainsworthus in Præfatione, qua præparandis Lectorum animis, & quodam imbuendis guſtu de Moſaica Interpretatione, multa haud contemnenda eruditaque inſpergit. At enim de Græca Septuaginta Verſione, Chaldaicoque textu, quantum inter ſe confligant, aut bene reſpondeant concinantque, non tralatitiè juxta ſatagit; tum ipſa Hebræorum quoque monumenta, egregii & non vulgaris commatis, varie atque ſubinde ad partes aſſumit, præcipue in ritibus Judaicisque cæremoniis pertexendis enucleandisque. Quarum cum ubique in Levitico occaſio & copia præſto ſit, emolumentumque ingens ac fructus largiſſimos Maimonidis Scripta præ cæteris afferant, horum vineta ſane quam inſigniter cædit, reſecatque ad vivum omnia, quæ in Divinis oraculis adprime vim atque momentum habent. Cæterum cum vanum non tantum, ſed noxium prope nonnulli exiſtimarent, in Rabbinorum fæce illuſtrandæ Scripturæ præſidia & adminicula petere, in quibus nihil ſani atque perpenſi magnopere ineſſe poſſit; detrahenda omnino hæc larva erat, & Judaicorum monumentorum auctoritas utilitasque in appendice dignis modis aſſerenda: Juxtaque tuenda Divini textus integritas contra maleferiatorum inſultus, qui ex diverſa lectione קרי & כתיב nubes & inania captabant, indeque velut ex arce Hebraicam veritatem oppugnabant. Ainsvvorthus totam hujus fabulæ

ſcenam explicat, & utriusque lectionis cauſam pluribus diſceptat, ut authentiam utrinque evincat ſtabiliatque. Nihil poſt hæc ſolicitus magis, quamut vocis יהלם quam ipſe Exodi XXVIII. 18. *Sardonichem* reddiderat, uberiorem paulo συζήτησιν & quendam ἀπολογισμὸν breviter attexat, quo ψευδερμηνείας culpam enixiſſimè deprecaretur, quam inter cætera accuſationis capita obtrectatores intentabant. Nec aliud præſentius promptiusque patrocinium videbatur, quam ex Apocalypſi Johannea Cap. XXI. 20. jam tum deſumtum. Ubi duodecim lapidum nomina in Aharonitico Pectorali expreſſa ſignataque notari plane perſuaſum habebat, indubitatumque *Adamantem* a Prophetis Zach. VII. 12. Ezech. III. 9. Jerem. XVII. 1. per שמיר ſignificari. In quo tamen hodiedum pugnant diſſentiuntque Scriptores, qui partim אנך ex Amoſo Cap. VII. 7. quod ſeptuaginta ἀδάμαντα vertunt, partim vero illud יהלם ad *Adamantem* trahunt, non levibus ſane rationibus inducti, quarum inire numerum inſtituti noſtri non eſt, præſertim cum *Joannes Braunius* id jam fecerit. Quibus & iſtud Aben-Ezræ ad Exod. XXVIII. ſirecte ponimus calculum, decretorium fere: ואין לני דרך בבידות לדעות אבני המלואים Atqui in re difficili & impedita ſatis certo & firmiter judicare, fraudem plerumque ac noxam adfert. Interim deſideratiſſimum Bocharti libellum de *gemmis S. Scripturæ* fatorum injuria nobis interceptum ereptumque etiam atque etiam dolemus, qui egregia

in

in hac arena, ſi quisquam alius, ſpatia fecerat. Act. Erudit. A. 1691. p. 341. ſeq. Aus dieſem Entwurff kan man einiger maſſen ſchlieſſen / weſſen man ſich in dergleichen Arbeit zu dieſem Autore zu verſehen habe.

ALEXANDER de HALES, natione Anglus, Patriâ Glocestrienſis, juvenis ad Academiam Pariſienſem ſe contulit, & Theologiæ Scholaſticæ, Jurisque Canonici ſtudio operam dedit: in utroque tandem celeberrimus evaſit; adeo ut *Doctor Irrefragabilis* vulgò dictus fuerit. Claruit anno 1230. Minoritarum ordinem ante octennium amplexus. Obiit Pariſiis anno 1245. die 27. Auguſti, inter Franciſcanos ſuos ſepultus. Scripſit Commentaria in Pſalmos Davidis, quæ à nonnullis Bonaventuræ, ab aliis Hugoni de S. Caro adjudicantur. Prodierunt *Venetiis* 1496. f. *Cave* l. c. pag. 495. *Olearius* in Abac. p. 18. *Dahlmann* in maſquirten Gelehrten / p. 49. Von ſeinen Schrifften handelt auch *Poſſevinus* in Apparat. P. I. pag. 33. *Alexander Halenſis*, quem abs ſe non lectum, neque viſum Henricus è Gandavo Galenſem, alii de Hales vocant, Thomæ, & Bonaventuræ præceptor, ex oppido Halenſi, quod eſt in Anglia, ordinis minorum, Innocentii IV. juſſu totius Theologiæ Summam Alex. IV. Pont. diplomate ac ſeptuaginta Virorum Eccleſiaſticorum Syngraphis comprobavit. Quam poſt alias editiones Franciſcus Franciſcius Senenſis Venetiis excudit anno 1575. recognitam, & quintuplici Indice auctam. Porrò idem Halenſis utrumque Teſtamentum variis hinc inde annotatio-

tationibus, velut ſtellulis illuſtravit, operi nomine indito, *poſt illa* ſuper tota Biblia. Quin & mihi dum viveret Cardinalis Sarnanus oſtendit Tomos quatuor manuſcriptos ejusdem Alexandri Halenſis in D. Marcum, & in D. Lucam; in omnes Epiſtolas D. Pauli, quas optabat in lucem emitti. Scripſit, & Summam virtutum, eaque in lucem poſtremò prodiit an. 1509. In Pentateuchum Moyſis. Comment. in Joſuam. In Judicum librum. In libr. IV. Regum. In Pſalmos item commentaria luculenta, falſo Hugoni à S. Theodorico adſcripta, quæ Venetiis, ann. 1496. excuſa ſunt à Gregorio de Gregoriis. Annotationes in duodecim Prophetas minores. De commentariis verò in Metaphyſica Ariſtotelis, quæ Venetiis apud Simonem Gallinianum Ann. 1572. ſub ejus nomine fuerunt excuſa, vide in verba: *Alexander ab Alexandria* declarationem regulæ Minorum. De concordia item juris humani, atque divini. Sed & Eiſingrenius addit ab eodem Halenſi expoſitos quatuor Magiſtri libros, qui quidem Lugduni 1515. typis ſubjecti prodierunt. Vitam item B. Thomæ Cantuarienſis, atque Richardi Angliæ Regis, deque factis Mahometi Volumen, ac Sermones ad populum habitos, atque adeo in Epiſtolas omnes D. Pauli ferunt eum ſcripſiſſe. Obiit Pariſiis ann. 1245. ut Petrus Rodulphus Toſſiniacenſis in ſua Hiſtoria Seraphica tradit, qui & ejus laudes eſt perſecutus. Alexandri præterea Angli Theologi, (ut habet inſcriptio) vetuſtisſimi Summam, ſive Deſtructorium Vitiorum, edidit Venetiis Damianus Zenarius, anno 1582. Porrò ad

ad hujus Auctoris, qui merito dictus eſt *Irrefragabilis*, doctrinam ſolidè percipiendam perutilis eſt Summula Reſolutionum ejusdem, quam Proſper *Urbinas*, acri vir judicio, in ordinem & compendium redegit. Vide præter ſupra memoratos, Trithemium de Script. Eccl. pag. 291. Six. Senenſem in Bibl. S. Willotum, Gerhardum in Patrologia, Olearium in Abaco, Bellarminum, de Script. Eccl. & ad hunc Labbeum. Hottinger. Hiſtor. Ecclef. 3. 80. 440. Quenſtet de Patriis. Alſted. Chronol. Voëtium in Diſput. Select. Libr. 19. & Polit. Eccl. Lib. I. 817. 349. Catalog. Teſt. Verit. Tom. II. Dallæum de uſu Patr. pag. m. 16. Adde Barth. Piſanum in libro Conformitatum S. Franciſci, Lucam Waddingum, Tom. I. Annal. Minor. ad An. 1245. *Hendreich.* Pandect. Brandeburg. pag. 105. Hofmanni Lex. Pithæum de Illuſtr. Angl. pag. 314. Miræum Bibl. pag. 171. Calov. Proleg. Tom. I. Syſtem. Theol. pag. 79. Meiſn. in vexat. Quæſt. II. th. 14. Der Jeſuit *Lorinus* ſchreibt T. I. Commen. in Pſalm. p. 12.

Commentarius, qui ſub titulo Alexandri de Hales Venetiis editus eſt anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto à Gregorio de Gregoriis, tribuitur paſſim ab aliis Hugoni Cardinali. Poſſevinus in Alexandro ſcribit, falſo aſcribi Hugoni: in Hugone affirmat verè Hugonis eſſe. Trithemius & Sixtus Senenſis Alexandrum ſcripſiſſe dicunt Poſtillam Annotationum in utrumque Teſtamentum, ſed de Commentario in Pſalmos propriè non meminerunt. Quamvis autem Alexander paulo antiquior

tiquior Hugone sit, & hac de causa potius Alexandro adjudicari opus illud posset, quam Hugoni; tamen propterea magis credo Hugonis esse, quoniam nullum aliud extat Alexandri in Scripturam opus, ex quo conjecturam faciamus; & hoc cum reliquis Hugonis in illam operibus magnam prorsus similitudinem habet. Non reperit hic auctor, ut loqui Maldonatus noster solebat, fortunam apud alios, vir alias benè doctus, & quod attinet ad Psalmos, si demas imperitiam linguarum seculo ipsius ferè communem, nulli postponendus, sive mysticas quæras intelligentias, sive literales sensus. Petrus Comestor, Alexander ab Ales &c. Doctor irrefragabilis & universalis. Hi omnes in multis ob dissentientes Scribentium opiniones, more Scepticorum, nihil definivere certi, sed opinando libertatem permiserunt. Witte in. vit. & memor. Philosophorum Præfat.

Hujus commentarii à Meisnero P. 3. quæst. vex. 29. memb. 3. clavis Theia nuncupantur.

Primus fertur in Magistrum sententiarum scripsisse (quanquam quæ ejus extat summa, magis per proprium opus est, quam Commentarius in Magistrum) Calixt. de Transsubstant.

Primus vel certè inter primos, qui thesauri hujus Ecclesiastici (Indulgentiarum) meminerunt, indeque virtutem Indulgentiarum accersiverunt, extitit. D. *Cellar*. Disp. XVII. de Indulgent. §. 28.

Von diesem Alesio müssen wir sehr wol unterscheiden den gewesenen Professor zu Leipzig / der eben diesen Nahmen geführet / vide *Molleri* Homony-

monymoſcop. p. 535. und gleichfalls über den Hiob commentiret. Weil aber die Acta Eruditorum Anno 1683. p. 152. verſichern / daß dieſes gelehrten Mannes Leben noch von niemanden / ſo viel ihnen bewuſt / als von Jac. Thomaſio beſchrieben worden / ſo wollen wir ſelbiges aus ſeinen Anno 1683. edirten Orationibus num. XIV. communiciren: *Oratio XIV. de Alexandro Aleſio, habita A. 1661. d. 20. April. in renunciatione XV. Baccalaureorum Philoſophiæ.*

Conſtitueram, S. D. D. &c. cum intelligerem, afferendam mihi ad vos ex hac cathedrâ orationem eſſe, antequam renunciandis Baccalaureis ſolennia peragerentur, ornatiſſimisque quindecim Juvenibus, quos à nobis in hunc locum deductos videtis, diligentiæ in optimis literis gnaviter collocatæ præmia conferrentur: conſtitueram ergo de Ideis Platonicis ea nunc diſſerere, quæ ante biennium hoc ipſo in loco ſpaciis temporum excluſus omiſeram a). Verum ut ab hoc conſilio diſcederem, ea me maximè movit cogitatio, quod occaſionem commodiſſimam de alio quodam minime pœnitendo, neque vobis ingrato, uti reor, argumento diſſerendi, neſcio an alias unquam æquè aptis auſpiciis redituram, evolare mihi nollem. Nequid enim diſſimulem, ipſa præſentis temporis ratio dicendi materiam ſive ultrò obtulit, ſive etiam reluctaturo imperavit. Quam proximè

a) *Puta de ideis* humanis *ſeu* ſcientificis, *quæ* à *divinis ſeu* exemplaribus *diſtinguuntur.*

mè absumus ab illo die b), qui ex antiquâ lege novum Academiæ nostræ Rectorem è Natione Saxonica daturus est: id enim proxime instantis septimanæ feriâ tertiâ, cui in fastis GEORGII nomen inscriptum legitur, eventurum esse, nemo tam peregrinus est inter nos, qui nesciat. Centum ergo ipsi anni tum futuri sunt, cum legitimis Electorum suffragiis, qui per semestre æstivum cœtui Scholastico præesset, constitutus est vir suo merito inter egregia Lipsiæ nostræ ornamenta nequaquam postremo numerandus loco, *Alexander Alesius* c). Genere Scotus, professione Theologus: qui quidem eum ipsum Georgii diem natalem habuit suum d). Quò minus existimavi prætermittendam esse mihi de hoc viro aliquid commemorandi occasionem adeo exoptabilem, nec redituram facilè, ubi elabi eam è manibus passus essem semel. Vobis autem, Honoratissimi Auditores, narrationem meam non ideò tantum jucundam fore

b) *Qui mensis Aprilis est 23.*

c) *In Academiæ nostræ Matriculâ f. 85. hæc leges:* Anno Domini M.DLXI. mense Aprili die Georgii secundo creatus est Rector Academiæ Lipsiensis Alexander Alesius D.

d) *Ipse Alesius Matriculæ f. 62. hæc inscripsit:* Anno M.DLV. — die XXIII. Aprilis, qui Divo Georgio sacer est, & quo existimo me natum esse supputatis retrò LV. annis, ego Alexander Alesius, gente Scotus, Patriâ Edinburgensis, atavis Consulibus, qui duobus Regibus, Jacobo Quinto, & Henrico Octavo, & quatuor Electoribus, Johanni Friderico, Mauricio & Augusto, Ducibus Saxoniæ, & Joachimo Electori, Brandenburgensi inservivi, invitus suscepi officium Rectoris Universæ Scholæ in inclytâ urbe Lispiâ. —

re confido, quod & eâdem mecum pietate esse vos scio, ut benè de literis meritos viros etiam post obitum honoratos velitis, & eodem in Academiam nostram animo, cui vix gloriosius contingere quicquam potest, quam splendidorum ejus luminum grata memoria: sed eò jucundiorem quoque, quod polliceri de Alesio ejusmodi videor commentationem posse, qualem variis è documentis congestam nemo, quod sciam, retulerit hactenus in literas. Nec mentiar, si hanc ipsam mihi vel præcipuam causam fuisse dixero, cur & studiosè consectarer non ita pridem, quæcunque de isto viro passim disjecta indagare possem, & eadem nunc Vobiscum communicanda crederem, quòd indigna propemodum ac dolenda nobis res videbatur, aliorum Theologorum sic satis accuratè contextas haberi historias, hujus, qui tamen nequaquam delituisset in angulo, scriptisque doctissimis seculum suum conatus esset illustrare, neminem esse repertum, qui vitam conscriberet. Nam quod ejus elogium Theodorus Beza in Iconibus repræsentavit suis e), brevius longe est, quam ut desiderio nostro satisfaciat. Itaque ut me non pœnituit laboris, quem hoc nomine suscepi, ita vos ne pœniteat quæso, *Decane Spectabilis &c.* quæ de eo viro, quem Joachimus Camerarius f) Theologicæ rei intelligentissimum & artificem excellentem congruentium disputationum & dignitate atque doctrinâ exquisitâ præstantem appellat, conquisita mihi sunt, ea me nunc

D audire

e) Pag. F. f. 3. *Prodierunt hæ Bezæ* Icones virorum doctrina simul & pietate illustrium *Genevæ A.* 1580.

f) *In vitâ Philippi Melanchth.* pag. 338.

audire de ſcripto recitantem. Id etiam vos rogo, ne exſpectare à me velitis ullis eloquentiæ coloribus fucatam orationem. Equidem memini, cui me profeſſioni Superiorum adſcripſerit voluntas, ſed Rhetoris perſonam ut hunc in locum aſſumerem adeo non putavi neceſſarium, ut exiſtimarem potius, planâ atque ſimplici curriculi Aleſiani commemoratione tantò plus illi laudis conciliaturum eſſe me, quantò ea foret ab omnibus pigmentis remotior.

Sed ut mea principium tandem habeat oratio, fuiſſe Alexandrum Aleſium, ſi de patriâ quærimus, Scotum, vix eſt, ut cuiquam eſſe ignotum putem. Eâ verò de cauſâ obſervavimus eum ſolâ *Scoti* appellatione, nec prænomine ipſius nec cognomine expreſſo, deſignatum fuiſſe à Philippo Melanchthone non tantum in epiſtolis g), ſed etiam in narratione Conventus Wormatienſis h). Quâ occaſione recordari ſubit, ſuperiore ſeculo nullam fuiſſe hâc in Academiâ Facultatem, quæ non Profeſſorem habuerit procul extra Germaniæ fines natum. Nam ut Theologi hunc ipſum Scotum noſtrum, ſic Jureconſulti Petrum Loriotum Gallum, Medici Simonem Simonium ex Italis, Philoſophi Ricardum Crocum Britannum numeraverunt inter ſuos. Quod ad Lipſiæ noſtræ gloriam vel in primis pertinere, quæ ex remotiſſimis etiam regionibus præſtantes viros attraxerit, oſtendi nunc à me poſſet, niſi mihi ipſe unà cum phaleris rhetoricis omnem

g) Ad Camerar. pag. 428. lin. 1.

h) *Eam narrationem quære Part. I. Conſilior. Phil. Mel. pag. 399. 400. 401.*

omnem ſimul præſcindere decreviſſem evagandi licentiam. De Aleſio enim unicè verba facere inſtitui. Quem naſcentem quæ Scotiæ urbs exceperit, in hunc diem ignorarem ego, niſi in Academiæ noſtræ matriculâ i) Edinburgum, quam totius Regni metropolin eſſe conſtat, nominaviſſet ipſe. Quo è loco & de proſapiâ ejus atque natali anno ea mihi cognoſcere licuit, quæ fruſtra diu alibi quæſiveram. Natus enim eſt finientis decimi quinti à partu Virginis ſeculi anno ultimo, Aprilis die, quem jam anteà memoravi, tertio & vigeſimo, atavis Conſulibus. Plura de progenitoribus ejus dicere non habeo. Nam quod ſuſpicari aliquis fortaſſe poſſit, ejusdem eum ſtemmatis fuiſſe, quod ante annos amplius quadringentos progenuit Alexandrum de Ales k) Britannum, qui Thomæ quondam Aquinatis & Bonaventuræ præceptor fuit, tantumque doctrinæ opinione valuit, ut vulgo Doctor irrefragabilis cognominaretur: id ego, quoniam incertum valdè, omittendum cenſeo. Potius enim eſt, ut illud ne prætercam, quod puero ſibi eveniſſe ipſe teſtatur his verbis l): *Memini*, inquit, *frequenter, & quoties reminiſcor, toto corpore cohorreſco, me in prærupto altiſſimi montis, manibus & pedibus reptantem ac proximum præcipitio, ſubito translatum, neſcio à quo, aut quomodo, in alium locum: & aliâ vice ex eminentiori deambulacro ædium patris cadentem* in

i) *Reſpice ſuprà ad lit. d.*

k) *De quo vide Joan. Pitſeum de illuſtrib. Angliæ ſcriptorib. p. 313. ſeq. qui* Alexandrum Halenſem *ſeu* de Hales *vocat.*

l) *Epiſtol. dedicatoriâ commentariorum ſuorum in Ioannem. Vide & præfationem ejus in alteram ad Timotheum A. 2.*

in acervum lapidum, poliendorum ad ædificium, servatum esse divinitus. Non tribuo hanc salutem sententiis ex Johanne, quas forsan aliorum puerorum more circumferebam, sed fidei parentum, qui harum sententiam mente circumferebant, & pro me orabant. Enim verô neque nos dubitamus, servatum eum esse à sanctis Angelis, quos in puerorum casu sæpius admiranda auxilia tulisse testantur historiæ; nec omine caruisse res videtur, quod in lapides præ ædificio poliendos delatus est Alesius, quasi jam tùm admonente fato, poliendum eum esse, qui fieret utilissimus lapis in domo Dei. Sed habuit ea res suas moras. Tametsi enim in ipsam Evangelii repurgationem, beatissimi Lutheri ministerio procuratam, adolescentia ejus inciderat: adeò tamen veritati manus non dedit statim, ut in adversâ potiùs acie pro inveteratis erroribus propugnare non dubitaret. Fatetur ipse m), quemadmodum doctrinæ Sententiariorum addictus, (Scholasticæ enim Theologiæ apprimè peritum fuisse scripta ejus loquuntur) assertiones Lutheri refutaverit ex Episcopo Roffensi n) cum applausu Theologorum. Hæc si cui videbuntur ad laudem ejus parum pertinere, is cogitet, etiam illud electum Dei vas Paulum, antequam converteretur, fuisse pii cœtus persecutorem. Nobis verò tantò gratius esse debet hæc cognoscere, quo magis ea faciunt ad confirmandam Religionis nostræ veritatem,

quæ

m) *Exposit. in Psalm. 37. f. 164.*

n) *Joh. Fischerus, Episcopus Roffensis, scripserat adversus Lutherum: Multos illius adversus Lutherum editos esse libros testatur Sleidanus Lib. IX. p. 252.*

quæ ab acerrimis etiam hoſtibus ſuis victoriam tandem reportaverit. Quod quibus momentis in Aleſio contigerit, ea, quæ nunc ſubjiciam, magis ſubinde aperient. Paulò enim poſt ea, quæ modo recenſui, Scotus noſter certamini interfuit, quod regiæ ſtirpis adoleſcens, Patricius Hammilto, qui hauſtam in Academiâ Marpurgenſi, recens per id tempus exſtructâ, doctrinam veritatis Patriæ ſuæ inferre cœperat, cum raſâ cohorte ſuſtinuit eo eventu, ut cum convinci verbo Dei non poſſet, à Davide Betono, Archiepiſcopo Santandreano totiusque Regni Scotorum Primate, Romanæ beſtiæ egregiam iis temporibus operam navante, pro hæretico damnaretur ad rogum: quod quidem ab aliis ad 1528. o) ab aliis ad eum ipſum annum, quo Confeſſio Principum noſtrorum Auguſtæ exhibita eſt Cæſari p), referri video. Eſt autem Patricii illius in Martyrologiis noſtris nomen percelebre. Cum hoc ergò ſanctiſſimo populari ſuo collocutus etiam tunc fuit Aleſius noſter, ſperans ſe effecturum, ut errorem eum (ſic tum credebat,) ille agnoſceret. Verum contrà evenit, ut ipſe ſe potius in graviſſimis tenebris verſari è ſermonibus Patricii perſentiſceret. Itaque nec diſſimulare potuit dolorem in Martyris conſtantiſſimi cruciatu, & ex ejus patientiâ meliùs, quam ex omnibus

 mu-

o) *Ludov. Rabus* Hiſtor. der Martyr. *Lib. IV. f. 374. Budæ Thanatol. pag. 38. Hondorf. Promptuar. p. 64. ed. Latin. Gualfg. Juſtus de Academiis p. 45.*

p) *Epitome Martyrologii Magni ed. Hanov. p. 228. Beza in Icon. E. f. 1.*

mutis magistris intellexit, quid David in Psalmo præcipiat, cum ait q): *Confide in Domino, & facito quod bonum est: acquiesce in Domino, & dabit tibi desideria cordis tui* r). Sed cùm in Alesii pectore ne sic quidem tantas egisse radices veritas videretur, ut ejus amore dulcissimam patriam relinquendam sibi statueret, alibi disciturus, quæ domi non posset, (erat enim Scotia tùm verè σκοτεινὴ, hoc est, densissimâ caligine involuta,) dedit eum Deus in manum Adversarii, cujus sævitiâ pelleretur vel invitus. Is fuit Ecclesiæ Santandreanæ, cujus sub eo, quem ante nominavi, Archiepiscopo Betono Canonicum agebat Alesius s) tum temporis Præpositus, homo ferociâ plus quam militari toti Collegio intolerabilis. Hujus in nostrum furor ex hujusmodi causâ exarsit t): Fuit Alesio anno 1529. jussu Archiepiscopi habenda in Synodo Episcoporum & Sacerdotum latina oratio. In eâ cum inter alia mœchos Sacerdotes disertè insectatus esset, (neque enim ferre hoc dedecus in ordine suo poterat, & hujus argumenti concionem temporibus illis atque officio congruentem putabat,) id ad se pri-

q) *Psalm. XXXVII. v. 3. 4.*

r) *Hæc fere ex Alesio ipso deprompta, expos. in Psalm. 37. f. 164. ubi de Patricii illo agone plura commemorat, digna postea visa Lud. Rabo, quæ Martyrologio suo germanicè insereret. Etiam in Respons. ad Cochl. p. 9. testatur Alesius, se in Patriâ supplicium Patricii vidisse.*

s) *Ales. in Psalm. XXXVII. f. 181.*

t) *Hæc & sequentia in Respons. Alesii ad Cochl. pag. 4. 5. 6. propè de verbo leges. Brevissimis hæc exequitur Alesius in Oratione Francofordiæ ad Oderam habita A. 1540. vide Declamationum Phil. Mel. Tom. Philosoph. pag. 672.*

privatim pertinere ratus Præpositus, qui adulteria sua lippis atque tonsoribus nota de industriâ traducta esse suspicaretur, seque velut in comœdiâ publico risui ab Alesio expositum interpretaretur, gravissimas in eum iras concepit, evomiturus, cum esset opportunum. Accidit fortè, ut de Præpositi sævitiâ totum Collegium queri constitueret apud Regem, (fuit ille Jacobus Quintus, Caroli Secundi, Magnæ Britanniæ hodiè Regis abavus) propter multas & graves causas. Hoc ubi rescivit Præpositus, venit cum armatis satellitibus, in illud ipsum sacratum conclave Capituli. Monet hominem iratum Alesius, ne quid per iram designet, quod se non deceat. Hic nactus occasionem jubet eum, cui antè erat ex illâ concione infestissimus, ab armatis prehendi, ipse stringit ferrum, confossurus, nisi miserum duo retraxissent Canonici. Cum se ad genua ejus abjecisset Alesius, & supplex donari sibi vitam rogaret, impingit pedem in pectus ejus ita, ut collapsus aliquandiu jaceret exanimis. Deinde cum jam in carcere miser jaceret, iterum in ipsis foribus ferrum captivo intentat sævus, sed retrahunt eum satellites. Posteà prehendit & cæteros Canonicos omnes. Horum amici, homines nobiles, rem deferunt ad Regem, qui statim jubet liberari omnes, clementissimâ voce confirmans, nisi locus pestiferâ lue infectus esset, se ipsum venturum fuisse ad eximendos è carcere Sacerdotes: tantum illi visa est hæc res habere sceleris. Ac liberantur quidem cæteri: unus Alesius è carcere, in teterrimam specum, bufonibus perviam atque serpenti-

bus u), abripitur, donec de eo nominatim expostularet cum Præposito Rex mitissimus. Præpositus sanctè jurat, liberatum esse Alesium, crudelitati mendacium atque perjurium addens. Jam amici incipiebant de vitâ captivi desperare: & quia cum valetudine adversâ conflictabatur, etiam de morte ejus oriebatur fama. Tum demum post vigesimum diem ex istâ latrinâ extrahi miserum jubet Præpositus, jubet lavari ac nitidè vestiri: ipsi verò, ne cui hominum narret, quomodo exceptus fuerit, severè interdicit. Ita productum Magistratibus oppidi accersitis ostendit, quasi rumorem de carcere sic refutaturus. Alesius, qui sciret, se nunquam placato usurum Præposito, Magistratibus illis autoritate regiâ exquirentibus nihil eorum, quæ contigerant, reticet. Eos utcunque placat præpositus, confirmans, Alesium deinceps liberum fore. Sed immemor promissi statim eum in carcerem raptari denuò jubet, arcteque custodiri, cum inobedientiam mandatorum prius objectâsset. Sic integer ferè annus Alesio exactus est in vinculis. Questus quidem fuit & apud Archiepiscopum de injuria: sed Præpositus renunciat, nihil esse, cur ab hoc speraret præsidium, qui ex illâ concione animadverterit, eum favere hæreticis Lutheranis, & ideò coërcendum pœnâque afficiendum censeat. Desertum ab omnibus Canonici tamen interdum sublevabant, absente Præposito eximentes è custodiâ. Sed contigit ad extremum, ut ille citius horum opinione rediens Alesium deprehenderet aræ ad-

u) *Vid. Alef. dedic. in II. ad Timoth. A, 2.*

adſtantem & ſacra facientem. Hic ergo contemni ſuam autoritatem tum à captivo, tum à collegio exprobrans, ab arâ jubet avelli ſtatim, & in priſtinam latrinam conjici Aleſium. Quod factum fuiſſet illicò, niſi Canonici deprecantes violationem publicarum religionum impetraſſent inducias, donec perficeretur ſacrum. Poſtquam litavit, reducitur in carcerem, poſtridie novus hoſpes iſtius latrinæ futurus. Cum autem Canonici quidam, qui audierant, jam deſignatum eſſe cuſtodem carceris Johannem Hajum ſacrificulum, de vitâ ejus actum, niſi maturè illi ſubveniretur, putaſſent: adeunt eum, cum primæ noctis tenebræ intenderentur, docent horribiles cruciatus & certum exitium impendere, niſi fugâ conſulat ſibi. Habebat Aleſius in animo ſe ad amicos conferre, ſed conſulunt Canonici, ut ſolum potius vertat, quia Præpoſitus miſſurus ſit ſtatim equites, qui vel in viâ opprimant fugitivum, vel per vim abſtrahant ab amicis. Grave fuit Aleſio dulciſſimæ Patriæ terga dare, hoc præcipue rerum ſtatu, quo ſuſpecti maximè eſſent errones, eo quod pleroſque de hoc genere propter fanaticas aut ſeditioſas opiniones conſtaret extorres vagari. Accedebat, quod præter latinam & vernaculam nullius ſe linguæ peritum meminiſſet. Sed neceſſitati & bonorum virorum conſiliis parendum ratus, cum viaticum Collegæ præbuiſſent, & valedicentem tum conſolati eſſent, tum mutuis lacrymis proſequuti, mediâ jam nocte in denſiſſimis tenebris ſolus iter ingreditur, fiduciâ Chriſti ſe ſuſtentans: magnoque confecto ſpacio eâdem nocte

ad naves pervenit, in quibus ipſum quidam homo Germanus admodum amanter exceptum adjunxit ſibi, & poſtea ægrotum ſumma humanitate curavit. Poſtridie cum jam à portu ſolviſſent naves, veniunt ad littus equites miſſi à Præpoſito, qui eum retraherent ex fugâ. Ubi non inveniſſent, Præpoſitus vocat ad ſe civem quendam ex portu Dedoënſi, quem ſuſpicabatur Aleſio naves curaſſe. Venit unà ad Præpoſitum oppidi præfectus Eques auratus. Cum civis negaret, ſe fugitivo opitulatum eſſe: Ego verò, inquit Præfectus ille ad Præpoſitum,(moverat enim viro probo bilem ſumma planeque tyrannica hominis inſolentia) Ego verò ſi ſciſſem Alexandrum parare abitum, promptiſſimo animo ei & navem & viaticum curâſſem, ut à ſævitiâ tuâ liberaretur. Diutius fortaſſe verſatus ſum, Auditores, in his Aleſii commemorandis periculis, quam quisquam Veſtrum exſpectaſſet. Sed tàm illuſtre divinæ liberationis exemplum ſuis omnibus numeris recenſendum putavi, præſertim de quo aliàs altum ſit apud Hiſtoricos ejus temporis ſilentium. Quod ſi hæc prolixitas quempiam è Vobis, quod nolim, offendit, dabitur à me nunc opera, ut, quæ ſuperſunt, brevitate ſuâ tædium illud diluant. Venit eo, quo dictum eſt, modo Aleſius in Germaniam anno ſuperioris ſeculi trigeſimo ſecundo w), iterque faciens per Coloniam, (ubi duos optimos viros piè & rectè ſentientes, & alieniſſimos à fanaticis Anabaptiſtarum opinionibus

W) *Nam in Oratione, quam A. 1540. Francofordiæ habuit, ait ſe jam annis octò abeſſe a patria* (*p. 672. Tom. I. declam. Phil. Mel.*)

bus exuri vidit x),) & alias quasdam Imperii Civitates, quæ venientem amanter exceperunt y), Witebergam anno demum ſequente z) ingreſſus eſt: eo ſcilicet tempore, quo in illa Academiâ, vivo adhuc Luthero, nec ita diu poſt celebrem illam Auguſtæ Vindelicorum Confeſſionem Principum, omnes articuli doctrinæ Chriſtianæ diligentiſſimè ediſſerebantur. Itaque conſuetudine eruditorum excitatus multa dogmata majore curà conferre cœpit aa). Inter hæc autem initia cur eum credam non ſtatim totum ſe noſtris Eccleſiis adjunxiſſe, confeſſio ejus me movet, quam in Reſponſione ad calumnias Cochlei edidit, non diu certe poſt ſuſceptum exilium ſcriptâ bb), in quâ velut medius ac ſuſpenſus inter utramque Eccleſiam neque ſuſcipere ſe Lutheri patrocinium ſcribit, nec omnia Monachorum ſomnia probare cc): in Lutheranis etiam adhuc moderationem quarundam rerum & ἐπι-

x) *Aleſ. Reſp. ad Cochl. p. 9. Commemorat & p. ſeq. Colloquium quoddam ſuum Coloniæ habitum cum viro quodam præſtante de miſerâ facie Eccleſiæ.*

y) *Aleſ. ibid. pag. 19.*

z) *Nimirum A. 1533. Buchol. Chronol. p. 528. Dreſſ. III. Iſag. p. 217.*

aa) *Aleſ. in Orat. paulò ante lit. W. citata.*

bb) *Nec annus nec locus adſcriptus eſt illi Reſponſioni. Suſpicor Witebergæ & ſcriptum & impreſſum. Habet autem formam Epiſtolæ ad Jacobum Regem. Ediderat jam poſt diſceſſum è patriâ ſuum & aliam Epiſtolam ad eundem Regem, quâ haud dubiè cauſas expoſuit migrationis ſuæ, ſed breviter. Equidem hanc non vidi, ſed ſatis apparet, ob eam fuiſſe ipſum traductum à Cochleo tanquam hæreticum. Cui hoc altero quaſi libello reſponſum voluit.*

cc) *Aleſ. Reſponſ. ad Cochl. p. 9.*

ἐπιείκειαν desiderare, ad quam revocari possent, si res ritè cognosceretur dd). Posteà verò magis subinde confirmatus apertè religionem nostram professus est e), in eâque constans perseveravit, id interim humani passus, quod iis temporibus, quibus paulò post obitum Lutheri nostræ Ecclesiæ schismatibus quibusdam distractæ sunt, illas quodammodò secutus est partes, quæ fuerunt à sincerioribus Theologis improbatæ. Enim vero cum Interreligionis formulam in armatis Comitiis Anno 1548. Carolus Cæsar latè victor Imperii Statibus præscripsisset, satis diuturnæ Lipsiensibus Theologis ac Witebergensibus dissensiones intercesserunt cum aliis Lutheri doctrinam animosiore Zelo profitentibus. Hic ergò Alesius etsi de adiaphoris, aliisque connexis argumentis quibusdam commodius initio, quam Collegæ Lipsienses sentire videbatur ff): ab eorum tamen societate ad extremum adeò non discessit, ut Georgii quoque Majoris dogma de Bonorum Operum ad salutem necessitate in quadam Disputatione gg) Ao. 1560. de-

dd) *Ibid. facie aversa.*

ee) Redii in Germaniam, *inquit ipse in Orat. supra cit.* ad eas Ecclesias, cum quibus sentire me profiteor. *Et in Perorat. Dissp. in Epist. ad Rom.* — ut testarer meam fidem, quod amplector sententiam Ecclesiarum horum locorum, in quibus nunc versor.

ff) *In expos. Epistolæ I. ad Timoth. cujus primò fragmentum excusum erat Magdeburgi. Integram postea edidit A. 1550. Wolffg. Rupertus ubi vide tùm alibi, tum F. 4. & seqq.*

gg) *Titulus ejus hic est:* De Necessitate & Merito Bonorum Operum disputatio proposita in celebri Academiâ Lipsicâ ad XXIX. diem Novembr. 1560. *Est autem hæc disputatio inter Antitapperianas quinta.*

defenderet. Verum hanc maculam aut temporibus imputemus, in quæ perturbatisſima ipſe tùm incidit, aut elui patiamur à manifeſto viri optimi propagandæ in cæteris ſanæ doctrinæ ſtudio, cujus ipſi luculentum præbent ſcripta ejus teſtimonium. Redeundum verò mihi nunc eſt ad ſuperius inchoata. Cum anno elapſi proximè ſeculi trigeſimo quarto in Angliâ ex Heinrici VIII. Regis cum Annâ Boleniâ novo matrimonio religionis converſio ea contigiſſet, ut multi crederent de Papatu ibi jam conclamatum eſſe: eò facilius in Angliam allectus eſt Aleſius, quo propius ita videbat à patriâ ſe afore. Illuc eum anno ſequente hh) proficiſcentem Johannes Stigelius Elegiâ ii) proſecutus eſt, Philippus Melanchthon etiam epiſtolâ kk) inſtruxit ad Henricum Regem, cui librum quendam ſuum ll) dedicaverat, offerendum ab Aleſio. Advenientem & apud ſe conſueſcentem tùm alii in eâ Inſulâ præſtantes viri, tum præter cæteros Thomas Cramerus mm) Cantuarienſium, Hugo Latimerus

hh) *A. 1535. Aleſium iter in Angliam ſuſcepiſſe colligo ex Epiſtolâ Phil. Melanchth. de quâ mox.*

ii) *Exſtat hæc Elegia Volum. II. Poëm. Stigel. L. III. p. 177.*

kk) *Habes hanc in Epiſtolis Philippi editis à Manlio pag 349. (alias Lib. III. Epiſt. Phil. p. 9.)*

ll) *Patet hoc ex Epiſtolâ jam citata, item è Camer. vit. Phil. pag. 158. Hunc autem librum fuiſſe alteram editionem Locorum Philippi, conjicio ex Mylii Chronol. ſcript. Phil. ſub A. 1535. Hoc certum, Regem & reſponſo & munere dedicationem illam fuiſſe dignatum. Quamobrem aliâ Epiſtolâ gratias ipſi egit Philippus, & Aleſium denuò commendavit. Quam vide Part. I. Epiſt. Phil. p. 75.*

mm) *Vide per orationem Aleſii Diſpp. in Epiſt. ad Rom.*

rus nn) Vigorniensium Episcopi, Thomas Cromellius oo) Regni Cancellarius, qui tum apud Regem maximâ autoritate pollebant, summâ sunt benevolentiâ complexi. Ipse verò & publicè docuit in Academiâ pp), & in omnium Episcoporum ab Rege convocatorum consessu fortissimè veritatem asseruit, quamvis non eo prorsus, quem boni optarent, successu qq). Cum enim jam defessus tot peregrinationibus, quasique in portum se appulisse ratus Alesius manere in Angliâ decrevisset, redeunte ad ingenium utcunque dissimulatum hactenus Heinrico Rege, atrocissima rursus prodeunt edicta in Evangelicæ Doctrinæ Confessores. Itaque cùm aut subeunda esset impiorum crudelitas, aut cedendum loco, secutus consilium amicorum Scotus noster ex Angliâ discessit iterum rr), & sic evitavit tempestatem illam, quæ postea tum alios plurimos pessundedit, tùm è modò commemoratis Cromellium vitâ, Latimerum dignitate exuit, regio, ut fit, favore in odium commutato. Reverso in Germaniam Alesio Joachimus Elector Brandenburgicus locum in Academiâ suâ Francoforti ss) cis Viadrum clementer tribuit, in quâ ille orationem Anno 1540. habuit de scholis restituendis, quasi Theo-

nn) *Id. expos. in Psalm.* XXXVII. *fol. 161.*

oo) *Bez. in Icon. Ef. 3.*

pp) *Ales. in Orat. supra lit. W. citatâ.*

qq) *Beza d. l.*

rr) *Ales. iterum in citatâ modo oratione.*

ss) *Inter Francofortenses Professores Theologiæ numerat Alesium Guolfg. Justus de Academiis H. 4.*

Theologicæ profeſſionis auſpicatoriam tt). Sed ne hic quidem admodum diuturna contigit ipſi manſio. Cum enim A. 1542. inter ipſum & alium quendum exorta eſſet controverſia de quæſtione; poſſit ne ac debeat Magiſtratus Politicus ſcortationem punire? veramque ſententiam, hoc eſt affirmantem, ac Philippi quoque Melanchthonis calculo approbatam uu) defendente Aleſio nihilominus hujus diſputationis deciſio juberetur differri: offenſus, ut apparet, hâc bonæ cauſæ procraſtinatione Aleſius, non exſpectato Principis adventu diſceſſit vv). Quod etſi contrà conſilium ſuum Philippus factum videbat xx), qui & hoc ægrè tulit, quòd Aleſius poſt migrationem hanc ſuam non ad ſe primum advolaſſet, de nova ſede deliberaturus yy), rectâ enim Lipſiam zz) contenderat, faventiſſimum hic ſibi habens Ludovicum Fachſium a), Conſulem ſimul & Juridicæ facultatis Or-

tt) *Hæc eſt illa Aleſii Oratio, toties citata mihi hactenus, quam exhibet Declamationum Philippi Tom. I. philoſophicus p. 27. ſeqq.*

uu) *In Epiſtola Reſponſoria* ad Academiam Francofordianam; *quam leges Part. I. Conſil. Theol. Phil. Melanchth. pag. 523.*

vv) *Vid Phil. Mel. Epiſt. ad Camer. p. 413. 414.*

xx) *Id. ibid. p. 412.*

yy) *Id. iterum pag. 413. item 418.*

zz) *Satis hoc intelligitur è citatis hactenus Philippi ad Camerarium epiſtolis.*

a) *Hujus Fachſii filiis dedicavit Aleſius Epit. Catech. quæ prodiit Francoſ. A. 1551. ubi hæc leges:* — quod multum debeam — Patri veſtro, qui me & venientem huc primum humaniſſimè excepit, nomineque — Ducis Mauritii Saxoniæ

Ordinarium tamen non omiſit adjuvandi ejus voluntatem b). Ideo cum ex aulâ Brandeburgica ſcripſiſſent quidam ad Academiam Witebergenſem, (credo quia ſuſpicarentur, nihil prius habuiſſe Aleſium, quam ut ſe conferret ad Philippum,) de puniendo Aleſio, defenſionem pro eo exaravit c), interim id quoque præcavens, ne ipſe contra ullos in hoc negotio ſcriberet quicquam d). Quod etiam Princeps Saxo eâ hyeme quadraginta aureos Aleſio donavit, ut haberet viaticum e), Philippo maximè intercedente factum dixerim. Non dubium interim, quin publicam apud nos Profeſſionem adeptus fuerit paulò poſtquam ex Academiâ Franco-

xoniæ Electoris &c. ad præſtandam meam operam huic celebri Academiæ invitavit, & poſt aliquot annos aliò vocatum hic retinuit, policitus favorem & gratiam Illuſtriſſimi Principis Electoris. Poſt bellum denique dubitantem me animavit, ut ad Electorem ſcriberem, peteremque reſtitutionem librorum meorum, & aliarum rerum, quas tempore obſidionis hujus urbis amiſeram; benigne offerens ſtudium operamque ſuam in reddendis Principi ſupplicibus literis: in quo tantum effecit, ut Elector ex provinciâ ad Imperii comitia diſcedens Conſiliariis ſuis, quos domi reliquerat, ea de re ſcriberet, eaſque literas plenas clementiæ per Damianum à Sybothendorff à Secretis Celſ. ſuæ in aulâ reddendas ad me traderet.

b) *De Philippi in Aleſium benevolentia teſtes citari poſſunt non modo Philippi ad Camerarium Epiſtolæ, ſed etiam Camerarius in vita Phil. Mel. pag. 338. Dreſſ. III. Iſagog. pag. 217. Beza in Icon. F.f. 3.*

c) *Defenſionis hujus ipſe Philippus meminit pag. 416. epiſt. ad Camer.*

d) *Vid. Phil. d. l. & p. 415.*

e) *Id. p. 414.* Noſter Princeps hac hyeme ei (*Aleſio*) donat XL. aureos, ut habeat viaticum.

cofurtensi ad nostram se recepisset f). Quamobrem & cum anno 1543. g) Regiomontana ipsi conditio ab Alberto Prussiæ Duce inter consilia condendæ illius Academiæ, quam sequente anno h) constat inchoatam esse, deferretur, Lipsiæ persistere maluit i), nimirum quod eam sibi jam hic fortunam obtigisse videret, quam cum aliâ commutare non foret necesse. Sane verò quieta sedes hic illi contigit, ubi & consenesceret, & vitam terminaret denique: cum Rectoratus officio bis functus esset Saxonicæ Nationis nomine, primum anno 1555. deinde anno 1561. k). Cæterum quæ illo tempore fuerit ejus inter Theologos autoritas, inde poterit æstimari, quod compluribus de religione institutis congressibus adhibitum testantur historiæ. Jam anno 1540. Joachimus Marchio ablegaverat eum ad Colloquium Wormatiense l), quod quidem in annum sequentem extractum fuit. Postea cùm ipsum Lipsiensis Professio excepisset, interfuit Conventui Numburgico anno 1554. m); item anno sequente 1555.

 Nori-

f) *Respice ad Lit. a. ubi verba habes Alesii de Fachsio.*

g) *Intelliges hoc è scriptis hoc anno Philippi ad Camerarium Epistolis p. 435. & 436.*

h) *1544. Vid. Guolffg. Just. de Academ. I. 2. Reusn. Isagog. histor. p. 170.*

i) *Respice iterum ad lit. a.*

k) *Regredere ad primas orationis hujus paginas lit. c. d.*

l) *Camer. vit. Phil. Mel. p. 189. Sleidan. Lib. XIII. p. 373. Osiand. epit. Hist. Eccl. Cent. XVI. p. 329. Consil. Theolog. Phil. Mel. P. I. p. 399. seq. ubi pro* Alesio *vocatur* Scotus.

m) *Camerar. vit. Phil. Mel. pag. 338. De eo conventu aliàs vide Myl. Chronol. script. Phil. Mel. G. 3. Philipp. Melanchthon. Epist. ed. Manl. p. 430.*

Noribergensi n), assumptus à Philippo, ad dijudicationem controversiæ Osiandricæ evocato; posteà anno 1561. Numburgico alteri o); denique Dresdensi p) eodem anno. Ubi ita versatus est semper, ut in adstruenda veritate nemo ejus constantiam, in examinandis aliorum erroribus judicium, in consiliis dandis fidem ac dexteritatem desideraret. Quod ad privatam Alesii vitam attinet, Uxor ei fuit Catharina ex Illustri Angliæ familiâ de Mayn oriunda, (ut eam in Angliâ duxisse credibile sit.) Ex eâ filiam suscepit Christinam, quæ D. Marco Scipioni nupsit, & post maritum obiit anno 1604. ætatis 59. q). Alterius filiæ, quam anno 1557. elocavit Pater, mentio est in epistolâ quadam Philippi ad Alesium ipsum r). Habuit & filium Casparum, sed extinctum in pueritiâ, & in æde Paulina sepultum s). Ipse autem Alexander Alesius obiit

n) *Camer. d. l. p. 350. Beza in Icon. F. f. 3.*

o) *Dress. P. III. Isag. p. 217.*

p) *Selnecc. Recit. p. 20.*

q) *Hausi hæc è programmate funebri hujus Christinæ. Cæterum è Weinrichii Martyrolog. Part. II. Zzz. 3. intelliges, Christinæ hujus filiam fuisse Mariam, Friderici Reiffschneideri Uxorem.*

r) *Exstat ea in P. VI. Epist. Phil. Mel. (quæ prodiit Lugd. Bat. Anno 1647.) pag. 359. Præter hanc epistolam, ut hoc obiter addam, aliæ tres Philippi ad Alesium leguntur Lib. III. Epist. pag. 186. seqq. (ed. Brem. A. 1590.)*

s) *Sepulchralis lapidis ibi hæc est inscriptio: CASPARI. FILIOLO. ALEXANDER. ALESIUS. DOCTOR. LUGENS. POSUIT.*

obiit anno 1565. t) die 17. Martii u) ætatis 65. w) cum Professor Lipsiensis fuisset per annos integros viginti x), & quod excurrit. Sic ergò fidem tandem liberavi meam, quæq; Vobis, Auditores optimi, de hoc Academiæ nostræ sidere illustri mihi comperta sum pollicitus, bonâ fide & absque lecythis oratoriis exposui.

Dieses wil noch kürtzlich hinzu fügen/ was *Mollerus* in Homonymoscop. p. 783. angemercket: Alesium hunc Ant. *Varillasius*, T. VI. *Operis de Revolutionibus Europæ ob Religiónem Gallici*, *Lib. 27.* accusat, quod, e Patria profugus, vero nomine dissimulato, istud, quod ALEXANDRO ab HALES, Minoritæ Anglo, Theologi Seculi XIII. Scholastico Parisiensi, Thomæque Aquinatis Præceptori olim fuerat proprium, assumpserit. V. *Acta Erud. Lips. M. Jan. A. 1691. p. 34.* Cui, licet parum, ex oratione Thomasiana, de Majoribus ac Familia ipsius silente, possit regeri: vereor tamen, ne Relatio hæc Fabulis, quarum larga apud Scriptorem hunc messis occurrit, sit annumeranda. Conf. Henr. *Pippings* Epist. ad D. Seligmannum, qua depositam purpuram ipsi gratulatur A. 1701. p. 8.

(t *Bucholc. Chronol. pag. 613. Budæus Thanatol. pag. 106. Dresser. III. Isag. Histor. Libr. XXXIIX. fol. 769. Calvis. Chronol. p. 1190. Eber. Calendar. pag. 112.*

u) *Solius mensis mentione contenti hic sunt Dresserus & Calvisius. Cæteri lit. præc. memorati & diem numerant 17. pro quo tamen Eberus habet 18.*

w) *Patet hoc ex anni natalis computatione, quem 1500. fuisse suprà demonstravi. Corrigendi ergò Eberus, Bucholcerus & Reusnerus, qui pro 65. ponunt. 75.*

x) *Numerum hunc rotundum ponunt Thuanus & Budæus.*

ALEXANDER, Anglus, Episcopus Cestriensis, scripsit Postillam Scholasticam in omnes Psalmos A. 1238. *Sixt. Senens.* L. IV. Bibl. S. p. 191. *Hendreich* l. c. p. 107. *Possevinus* l. c. p. 32.

PETRUS DE ALLIACO, natione Gallus, Compendii ad Isaram fluvium tenuissimæ sortis parentibus anno 1350. natus, liberalibus disciplinis probè institutus, Collegium Navarrense in Academiâ Parisiensi anno 1372. ingressus est; inter sodales Candidatorum Theologiæ, quos Bursarios appellant, receptus. Anno 1375. Magistri Sententias in Collegio suo prælegere, & ad populum in Ecclesiâ concionari cœpit: & ad Synodum Ambianensem evocatus, Subdiaconus adhuc ad presbyteros concionem habuit. Anno 1380. III. Id. April. Doctoris insignia retulit; atque anno sequente, habitâ coram Andegavensi Duce oratione, Concilio Generali ad tollendum schisma opus esse Academiæ Parisiensis nomine declaravit, Canonicus Noviodunensis eodem anno factus. Anno 1384. Collegio Navarrensi præfectus est; ubi Joannem Gersonem, Nicolaum Clemangium, aliosque doctissimos viros, discipulos habuit. Anno circiter 1387. coram Clemente VII. Pontifice apud Avenionem sedente Facultatis Theologicæ Parisiensis causam oravit adversus Joannem Montesonum, Dominicanum, quem sententiam suam de maculato B. Virginis Conceptu publicè docentem nuper damnarant. Anno 1389. Academiæ Parisiensis Cancellarius renunciatus est; & Carolo VI. Regi à sacris largitionibus, & Confessionibus adhibi-

hibitus. Anno 1394. Capellæ regiæ apud Parisios Thesaurarius constituitur. Eodem anno à Carolo Rege ad Benedictum XIII. qui Clementi VII. successerat, missus est, de schismate tollendo in medium consulturus. Anno 1395. Aniciensis seu Vellovensis 1396. Cameracensis Episcopus renunciatur. Anno 1395. Genuæ versatus, habitâ coram Benedicto Pontifice concione, ei, ut Festum Trinitatis celebrandum decerneret, persuasit: quod quidem à paucis antea Ecclesiis celebratum fuerat; deinceps verò duce & autore Cameracensi ubique observari cœpit. Anno 1409. Concilio Pisano interfuit. Anno 1411. VII. Id. Junias à Joanne XXIII. Papâ in Cardinalium cœtum titulo S. Chrysogoni allectus est; & post triennium in Germaniam legatus. Exeunte ann. 1314. ad Constantiense profectus est Concilium; cujus tertiæ sessioni præfuit, & per integrum triennium pars magna fuit. Exeunte anno 1417. quo finita est Synodus, crebras ad Patres conciones habuit. Obiit anno 1325. Cameraci in Ecclesiâ Cathedrali sepultus: Henr. *Wharton*. appendic. ad Caves Hist. lit. Script. Eccl. I. 47. allwo er in den folgenden die vielen Scripta specificiret. Darunter sind nun auch unterschiedliche Meditationes in Psalmos, absonderlich in totum Psalterium paraphrastica expositio, quæ incipit: *Verbum abbreviatum*. Conf. *Olearium* in Abac. p. 362. *Sanmarthan*. Tom. I. Gall. p. 243. *Vossium* de Histor. lat. p. 548. (unrecht nennet er ihn aber einen Ertz-Bischoff/ wie *Sandius* in seinen Animadv. & notis in Vossium p. 209. erinnert

nert/) *Rasium* in Belgio Christiano p. 158. *Naudæum* in Bibliogr. Polit. p. 74. *Labbe* T. 2. dissert. de Script. Eccl. p. 179. *Oudinum* in supplement. ad Bellarm. de Script. Eccl. (allwo er zu gleich meldet / daß er zwar von geringen Eltern gebohren / seine Familie aber durch Frömmigkeit und Gelehrsamkeit weltberühmt gemacht) / & *Bellarminum* ipsum p. 228. seq. *Possevinum* Tom. II. Appar. S. p. 234. (welcher ihn aber mit *Bellarmino* und andern billig refutiret / weil er vorgegeben / man habe Christi Gebuhrt ex observationibus genethliacis zuvor wissen können / auch dieses zu erweisen sich auf den Stern / der den Weisen erschienen / beruffen. Vide *Sixt. Senens.* L. V. Bibl. S. añot. 15. & 81. Lib. VI. annot. 10.) *Hendreich.* Pandect. Brandeburg. pag. 136. (der hin zusetzt: Scripta ejus, quod dolendum, nondum in unum corpus redacta, neque omnia typis hactenus vulgata fuere) *Trithemium* de Script. Eccl. *Suertium* in Athenis p. 599. *Val. Andreæ* Biblioth. Belg. pag. 720.

Nicolaus de Clemangis in Epist. secund. ad Benedictum giebt ihm ein herrliches Lob: En habes inter viros egregios virum literis eruditissimum, fide, prudentiâ, probitate, vigilantiâ commendatissimum & zelo *Unitatis Ecclesiasticæ* ardentissimum, *Petrum, Cancellarium Ecclesiæ Parisiensis, & Regis Francorum* Eleemosynæ Ministrum, virum utique, ut breviter dicam, te tuisque moribus dignissimum. Cujus ipsa quoque insignis virtus multa est improborum æmulatione sæpe lacessita, & quem planè *alterum lumen nostri ævi* dicere non dubitaverim,

verim, quicquid de ſuo nomine detorquere maledicta perverſorum lingua ſtuduerit. Hunc in pacis conſiliis adhibe participem, in laboribus conſortem, & in negotiis omnibus adjutorem. Hunc dilige, cole, amplectere, huic alteri fiducialiter omnia committe, & procul dubio non falleris, nec talem te Miniſtrum elegiſſe pigebit.

Mirum verò, tam turpiter hâc parte dediſſe etiam ſe hominem *Chriſtianum*, eumque doctiſſimum: *Petrum* dico *Alliacenſem*, Epiſcopum Cameracenſem: qui in libro ſuo de *Concordiâ Hiſtoriæ*, & *Aſtrologiæ Divinatricis*, etiam diluvium *Noë*, Natalem *Domini*, & Miracula ejusdem, omniaque Prodigia ex *Aſtrologiâ* præſciri, ac prædici potuiſſe, arbitratur. Valdè etiam futile eſt fundamentum, quod arti iſti ponit. Ait, ab initio Mundi usque ad Diluvium fluxiſſe annos cIↄ cIↄ XLII. à Diluvio ad Natalem Chriſti cIↄ cIↄ cIↄ CII. His ita conſtitutis totus eſt in eo, ut oſtendat, quandocunque mirandum aliquid contigit in terris, etiam illuſtrem aliquam *Stellarum* conjunctionem apparuiſſe in *Cœlis*. Atqui falſiſſimum eſt, quod ſibi ſumit de anno vel diluvii, vel natalis *Domini*: nec levis eſt error, ſed ſpiſſiſſimus, in priori quidem numero annorum penè ſexcentorum; in altero autem paulo pauciorum. Quid mirum? omninò *Cameracenſis* fuit *Chronologiæ* imperitiſſimus: ut vel arguit, quòd *Arrianam* Hæreſin cœpiſſe dicat ann. *Chriſti* ſeptingenteſimo: quam veriſimilius tum penè extinctam dixiſſet; ortam verò conſtat ferè initio ſeculi quarti. *Voſſius* de Scient. *Mathemat.* p. 214. 215.

Petrus de Alliaco Cardinalis, in Concilio *Constantiensi*, jussu *Sigismundi* Cæsaris, obtulit articulos, secundum quos putabat corruptissimum statum Ecclesiæ reformandum esse. Primum autem ac præcipuè curiam *Romanam* corrigendam censuit, totque ac tam varias ei corradendæ pecuniæ artes præcidendas. Episcoporum Prælatorumque mores ac vitam corrigendam, eosque ad proprium eorum officium recte obeundum cogendos. Deinde Pompam Ecclesiasticam, superflua festa, jejuniorum abusum, prolixas battologias boatusque, & Sanctorum canonisationem esse tollendam. Quin & monachorum ordines minuendos esse. Denique & nimiam imaginum templorumque curam & copiam abrogandam. Hæc & similia quædam alia in reformandâ Ecclesiâ agenda putavit, ac, ut fierent, in Concilio suasit, sed nihil profecit. Ipsimet enim, qui emendari reformarique debebant, nempe *Curtisani, Cardinales, Episcopi* & *Monachi*, in Concilio regnabant, & ad suam libidinem jus fasque inflectebant — —

Hic Autor in *Laudatione Theologiæ*, dictum hoc: *Super hanc Petram*, trahit ad *Christum*, & ejus Verbum. In suis conclusionibus disputat, Ecclesiam esse alligatam ad Scripturam : item, Papam non habere monarchiam temporalem. Item, *Romanam* Ecclesiam errare posse. Transsubstantiationis Missaticæ dogma etiam improbavit, in IV. Sent. *Matth. Flacii Illyrici* Catalogus Testium Veritatis p. 809.

Dahero schreibt auch Arnold in seiner Kirchen- und Ketzer-Historie P. I. Lib. XIV. p. 393. seqq. Petrus de Alliaco, ein Bischoff in Franckreich/ und des Königs Caroli VI. Beichtvater/ hat zwar auch viel unnütze und aberglaubische Dinge geschrieben/ als die Erklärung des Englischen Grusses/ von den zehen Lob-Sprüchen Josephs/ und andere/ auch Philosophische Sachen; aber doch ist sein Buch von der Kirchen-Reformation sehr fein/ welches er A. 1411. dem Concilio zu Costnitz übergeben/ dem er auch beygewohnet/ und allda die Besserung vergeblich gesuchet hat. Denn weil er wider den ehrlichen Johann Huß so eyfrig und wütend gewesen/ hat seine andere Arbeit auch wenig Seegen gehabt. Sonst hat er auch gute Leute auferzogen/ als Joh. Gersonem, Nicolaum de Clemangis, und andere/ die hernach ein mehrers gethan. Er selbst aber hat doch die Greuel der Verwüstung ziemlich entdecket: woraus Flacius, Mornæus, Wolfius, und andere sehr viel wieder die Römische Clerisey anführen.

Etliche Autores loben ihn ungemein e. g. *Sixt. Senens.* in Bibl. S. Lib. IV. p. 286. Vir divinarum Scripturarum peritissimus & in Peripatetica Philosophia & Astronomicis disciplinis absolutissimus, eloquio elegans, & declamator fæcundus, aggregavit ex Augustino & aliis patribus, plurima in sacras literas volumina.

Alliacus dum viveret, dici meruit *Aquila Franciæ, & malleus à veritate aberrantium indefessus*: quod præconium multis quidem explicari potest, sed reliquum

liquum ſemper erit aliquid, quod addi meritò poterit. Uno verbo in *Scholis* & in *Eccleſiâ* ipſum *Petri Alliaci* nomen *elogium* eſt. *Joan. Launoius* in Acad. *Pariſ.* Illuſtrat. Tom. II. pag. 476.

Vir doctrinâ & moribus ſpectatiſſimus non modò *Galliam*, at univerſum terrarum orbem radiis virtutum ſpecioſiſſimis illuſtravit. *Joan. Raviſ. Textor.* in lib. de Clar. Mulier. So rechnet ihn auch *D. Calixt.* in Appar. Theolog. p. 143. unter die im 15. Seculo lebende gelehrteſte Leute.

Joh. Zvvingerus aber in ſeiner Oratione inaugurali de Barbarie ſuperiorum aliquot ſeculorum (welche der Lübeckiſche Superint. D. Gözius ſeinem Principi græcè docto beydrucken laſſen) pag. 109. macht ſchlechten Staat von ihm/ und ſchreibt: Qui quam acutus fuerit in Lingua Græca, ut ſorex ſuo ſe prodit indicio. Quanquam enim ultra primas Græcorum literas nondum fuerit progreſſus, quanquam iis nondum fuerit præditus, excultus atque imbutus, adeoque Ariſtotelem nondum legere multò minus intelligere potuerit, eum tamen Commentariis ſuis non tam illuſtrare, quam obumbrare atque obtenebrare ſategit. Docet hoc in ſpecie *Commentarius ejus in Librum Ariſtotelis de Meteoris*, quem ita orditur: *Propter noſtrum admirari inventum eſt noſtrum philoſophari.* Ac ut ejus philoſophari ſiccâ prætercam linguâ, Græca ejus hinc inde admirari licet, quæ ſic explicat, ſic exponit, ut Græce intelligere oſtenderit ſe nunquam didiciſſe. Titulum Μετέωρον intuiti fuerunt, ut Taurus novam aliquam portam. Non nemo *Metau-*

ros legebat, & â *Tauris* nomen esse suspicabatur, nimirum quod alii, in tauros, in mulos alii plerique in *verveceas* degenerarint statuas: Si disertus fuisset *Petrus de Alliaco* in lingua nostra, si quandoque Græca occurrebat vocula, quod tamen contingebat rarò, in aliam atque aliam formam, quasi cereum εἰκόνιον, eam non transformasset, nec scripsisset *Sphæratica* pro *Sporadica*, non *Perfecades* pro *Psecades*, non Ὀνοσόλος pro Μονοσόλος.

Alliacus anno 1425. *Avenione* moriens bibliothecam suam legavit *Navarræo Parisiis* Collegio; quam ibi magnâ cum voluptate aliquando vidimus. Tumulus ejus *Cameraci* in Basilicâ majore visitur, quò corpus extremis tabulis devehi mandarat *Thomas-Pope Blount.* Censura Authorum ex Aubert. *Miræo.* p. 314. Das Epitaphium hat *D. Paulus Freherus* in seinem Theat. p. 18. also beschrieben:

Hic JACET REVERENDUS PATER
DN. PETRUS de ALLIACO
THEOLOGIÆ DOCTOR,
QUONDAM EPISCOPUS CAMERACENSIS.
ORATE PRO EO.

Mors rapuit *Petrum*, petram subiit putre corpus.
Sed petram *Christum* spiritus ipse petit.
Quisquis ades, precibus fer opem, semperque memento,
Quod præter mores omnia morte cadunt.
Nam quid amor Regum, quid opes, quid gloria durent,
Aspicis: hæc aderant tunc mihi, nunc abeunt.

Conf.

Conf. *Swertium* loc. cit. & *Labbe* Thesaur. Epitaph.

R. MOSES אלשיך ALSCHEICH, (dessen wir in den Comm. Jobi p. 27. gedacht) hat unter dem Titul: רוממות אל exaltationes Dei, seinen Commentarium über die Psalmen elaboriret/ welcher zu Venedig A. C. 1605. in 4. gedruckt worden/ opera R. Chaim Autoris filii. Vide *Bartolocii* Bibl. Rabb. P. IV. p. 64. seq. *Hendreich.* l. c. p. 125. schreibet/ daß dieses Werck auch zu Lublin herauskommen/ allwo er seine andre Schrifften/ ingleichen die von ihm handlende Autores erzehlet/ welche man sonst nirgend beysammen finden wird.

GUILIELMUS ALVERNUS, (oder wie andere wollen Arvernus) dictus *Parisiensis*, quoniam ejus Civitatis Episcopus fuit, Mathematum, Philosophiæ, ac Theologiæ præstantia celebris, à Joanne Dominico Trajano perdiligenter mendis, quibus scatebat, expurgatus, ann. 1591. à Damiano Zenario Venetiis fuit excusus. In quo Autore id certe singulare cernitur, ut, cum sæpè rationibus necessariis, sæpius autem novo dicendi genere, (similitudinibus scilicet, atque exemplis popularibus) planè quæ vult, aptissimè conficiat. Jam vero cum plures vicerit, in tribus etiam se ipsum vicit, nempe in libro *De Rhetorica Divina:* In altero, quem prænotavit: *Cur Deus homo?* Et in alio, quem inscripsit, *De Universo.* Vivebat anno 1230. Atque idem Joannes Dominicus Trajanus alia quædam ipsius Guilielmi Opera promiserat, quæ nescio an prodierint.

Ca-

Catalogus autem librorum Guilielmi Episcopi Parisiensis postrema editionis emendatioris, est sequens.

De Sancta Trinitate, Lib. I.
De primo principio, Libr. I.
De Sacramentis, Libr. I.
Cur Deus homo, Libr. I. *Ponam adhuc quatuor.*
De animabus humanis Lib. I.
De bono & malo, Libr. I.
De Universo, Libr. VI.
De professione novitiorum, Libr. I.
De dono scientiæ, Libr. I.
De operibus virtutum, Libr. I.
De triginta remediis tentationum, Libr. I.
Contra pluralitatem beneficiorum, Libr. I.
De claustro animæ, Libr. I.
De Rhetorica Divina, Libr. I. *In Sacris.*
De Pœnitentia, Libr. I. *Secunda Tabula.*
Summa virtutum, Libr. II.
Summa vitiorum, Libr. I.
De fide & legibus, Libr. I. *In Jordane divinalium.*
De Dæmonibus, L. I. *Postquam auxilio Dei.*
In Hexaemeron, Lib. I.
In Psalterium, Libr. I.
In Proverbia Salom. Libr. I.
In Ecclesiasten, Libr. I.
In Canticum Cantic. Libr. I.
In Evangel. Matthæi. Libr. I.
Sermones varii, Libr. I.
Epistolarum ad diversos, Libr. I.
Tractatus duo de collatione, & pluralitate Ecclesiasticorum beneficiorum.

An-

Antonius Possevinus T. I. Appar. Sac. p. 698. seq. *Sixt. Senens.* Bibl. Sac. Lib. IV. p. 237. *Cave* aber loc. cit. pag. 495. gedencket in der mühsamen Beschreibung dieses Guilielmi Schrifften des Commentarii in Psalmos mit keinem Worte ꝛc. Conf. *Hendreich.* in Pandect. Brandeburg. p. 135.

Von dem Mayländischen Bischoff AMBROSIO schreibt *Sixtus Senensis* l. c. p. 195.: In Psalterium libros undecim citat Trithemius, nec ipsi, nec mihi conspectos. Supersunt nunc in sexdecim Psalmos Tractatus sexdecim, singuli in singulos Psalmos, videlicet in primum, 21. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 43. 45. 47. 48. 49. 61. 109.

Item in Psalmum 118. Tractatus 22. adde *Cavium* l. c. p. 149. als lassen wir es auch dabey bewenden/ biß wir Gelegenheit finden bey einem vollständigen Commentario von diesem Patre zu handeln.

In GUILIELMI AMESII, Angli D. & Theol. S. Franekeranæ Acad. Professoris Opp. Amstel. 1658. in 12. A. 1635. in quart. Tom. I. sind seine Lectiones in Psalmos Davidis zu finden. (Muß aber von den Quacker Guil. Amesio wol unterschieden werden. Vid. *Molleri* Homon. p. 50. und *Crœsens* Quacker Hist. p. 90. 639. 700.) Von diesem Amesio und seinen Schrifften handelt *Voëtius* Disput. select. Part. I. pag. 257. & Polit. Ecclesiast. Part. I. pag. 416. *Hoornbeck* in summa Controv. passim inprimis pag. 628. *D. Olearius* in Synops. error. Armin. Præfat. *Benthem.* Holländischen Schul- und Kirchen-Staat P. II. p. 296.

296. seq. *Hendreich.* l. c. p. 150. *Hartnaccius* in Biblioth. p. 141. *Adam Becker* in der Lade des Bundes pag. 55. (allwo er auch erzehlet / daß der Jesuit Vit. Erbermann selber den Amesium vor allen Antagonisten des Bellarmini gelobet.) D. *Frid. Ulr. Calixtus* de Jubilæis Rom. p. 406. *Joh. Faes* Anatom. Bull. Jubil. pag. 144. *Crovvaus* in Elench. p. 159. *Baillet* Tom. II. d'Anti p. 368. der aber daselbst des *Amesii* Anti Bellarmini vergessen.

MOSES AMYRALDUS, ein Frantzoß / Reform. Ecclesiastes & Professor Salmuriensis, hat auch eine Paraphrasin in Psalmos una cum annot. & argumentis geschrieben (1662. in 4.) die Hendreich nebst andern vielen Schrifften l. c. p. 158. anführet. Von Ihm ist unterschiedliches zufinden in des gelehrten *Bosii* Introduct. in notit. Rerump. p. 299. seq. absonderlich ist das vergallte Lob zumercken / welches Ihm sein eigener Glaubens-Genoß *Maresius* gibt / davon ich diese Nachricht in des seel. D. *Maukischii* XIXter Disput. de divina voluntate p. 3. gefunden: Maresius nonnulla ad D. Amyraldi laudem speciose in primâ & secundâ præfationis epicr. theol. plagulâ quæsita ita calamô ex insidiis mordente temperat, ut eum novitatis periculosissimæ reum pluribus lineis & paginis accuset, suumque prætento receptæ in Ecclesiis Reformatis sententiæ pallio tegat & excuset. *Confido*, inquit, *in primâ præfationis plagulâ paginâ ultimâ, tanto acceptiorem futuram Ecclesiis nostris hanc meam opellam, quanto magis studui semper omnem Novitatem declinare, & tritæ viæ insistere, nunquamque volui novus Autor haberi. Cum è contrario, ut trahit sua quem-*

que

que voluptas, & suo vivit quilibet ingenio, Clar. Amyraldus, etiam in hoc, quod modò commemoravi, opusculô (cujus editione visus est nolle stare decretis Synodi suæ Nationalis, fortè quod illic res ipsi in variis capitibus non successerit ex voto) præter principalem illam controversiam de Gratiâ, quæ fuit ipsi occasio dissidii cum Molinæis, Spanhemiis, Vincentiis, Rivetis & similibus heroibus, nunc ἐν ἁγίοις, *& de qua nunquam cum ipso nominatim contendi neque hic contendo, multa habet, in quibus multos fortasse contradictores nanciscetur. Et sic in Amyraldum pluribus invectus, eum, ut phrasin Maresianam repetam, acetô suô perfusum & fermenti,* in quo D. Amyraldus, hæc scribens, fuerit, incusatum, viri Eruditi laude, veluti poppysmô, mulcet, & nihilominus hæc de affectatâ Amyraldi novitate, suæque mentis gravitate, novitatibus omnibus, qua Theoreticis, qua Practicis adversa, jactitat. *Hæc obiter dicta sunto de celeberrimô illô virô, quæ sumi & intelligi velim citra ullam imminutionem aut læsionem honoris, qui illi debetur, ob eximias animi dotes, quas semper sum in ipso veneratus. Est enim eloquio promptus, stylo facundus, Theologus subtilis, orator & concionator eximius, Disputator acutus, Philologus insignis, Philosophus non è triviô, denique talis, qui ut plurimum fuisset ei rei adhuc collaturus, si maluisset vetera & receptiora tueri, quam nova sectari & paradoxa, quæ, utut avidè excipiantur, ubi prodeunt cum primâ venustate & lanugine Novitatis, ita flaccescunt & concidunt suapte, quam primum rugas contrahere incipiunt. Alia ab ævo mihi mens sedit, & mei semper duxi esse officii, in eâ statione, ad quam divinitus à tot annis*

sum

ſum evocatus, omnibus Novitatibus, quà in Practicis, quà in Theoreticis obſiſtere, & noſtræ Reformationis, quæ tam evidentem benedictionem experta eſt, principiis & axiomatis religioſè inſiſtere. Verum hic viciſſim, utrique Viro Clariſſimo Dn. Dallæo & Dn. Amyraldo, multa erunt in mundo, quæ *nova, verbo Dei contraria, maximéque Paradoxa* D. Mareſio vel ex hac Epicriſi *κα]ασκευαςικῆ* objiciant denuo &c. Er ſtarb A. 1665. wie *Witte* in Diar. Biograph. bey dieſem Jahre und andere Autores mit Ihm berichten.

Heidegger, Poſſevinus, Sixtus Senenſis &c. führen zwar den *Anaſtaſium Sinaitam* als einen Commentatorem in Pſalmos an / er hat aber nur über den 6ten und 13ten Pſalm geſchrieben / weswegen wir ihn unſerm Abſehen gemäß jetzo præteriren. Nicht weniger den *Antonium de Angelis*, welcher zwar unter den Coment. in Pſalterium von *Bellarmino* Judic. I. Scr. Eccl. allegiret / aber ſeiner ſonſt keine Meldung geſchicht. *Antonius* in Biblioth. Hiſp. Tom. I. p. 76. gedencket zwar dieſes Scribentens und ſeiner Schrifften / daß er aber über die Pſalmen etwas geſchrieben / davon wil weder Er noch andere wiſſen.

Joannes Annius, Viterbienſis, quæ Civitas eſt Pontificiæ ditionis, Italus, Ordin. Præd. ſcripſiſſe quidem à quibusdam dicitur in Geneſim. In Deuteronomium. *In Pſalterium Davidis.* In Prophetas majores. In Prophetas minores. In Epiſtolas omnes D. Pauli. At neque *Sixtus Senenſis*, qui fuit ejusdem Ordin. nec *Antonius* Senenſis, qui Catalogum

logum ſcripſit, ullius eorum Commentariorum meminit, ſed unius tantum *Commentarii in Pſalterium*, cujus ipſe meminit in ſua Chronographia, & alterius in Apocalypſin, quem Sixto Quarto Summo Pont. Regibusque, ac Principibus Chriſtianis dicavit. Scripſit quoque de primis temporibus; & viginti quatuor Regibus Hiſpaniæ, & ejus Antiquitate. Præterea de Antiquitate, & rebus Etruriæ. De Etruſca item ſimul & Italica Chronographia. Quæſtiones De Thuſcia. Topographiam. Emendationes Chronicorum, quæ tamen non fuere emendationes. Chronographiam contra Euſebium. Veruntamen, quæ ipſius extant Commentaria in Archilochi de Temporibus Epitomen. In Xenophontis Æquivoca. In Beroſum. In Manethonem. In Metaſthenem. In Philonem de Temporibus. In Fabium Pictorem. In Myrſilium Lesbium. In Marci Catonis Fragmenta de Originibus. In Antonini Itinerarium. In Cajum Sempronium. In Propertium de Vertumno, ſive Jano, fuere quidem excuſa Antverpiæ, ann. 1552. Sed accuratius deinceps expenſa non eſſe legitimos illos fœtus eorum Auctorum, at ſpurios, & à veritate alienos, plerique ſolidis rationibus monſtrarunt. Vide quæ *Melchior Canus*, Ord. Præd. & Epiſc. in ſuis Locis communibus, quæve *Benedictus Pererius* in Danielem, & nos in 16. lib. Bibliothecæ ſelectæ editionis Venetæ & Colon. an. 1603. hac de re ſcripſimus. *Poſſevin.* Tom. I. Appar. S. p. 811. ſeq. Was ſonſten von dieſem Betrüger zu halten/ und wie ſtinckend ſein Name deswegen

un

unter den Gelehrten worden / ist hier nicht nöthig an- und auszuführen ; jedoch wil dem curieusen Leser mit denen davon handlenden Autoribus aus Hendreichs Pandectis p. 199. dienen. Man kan also davon lesen : *Scaligerum* de emendat. temp. Lib. I. p. m. 3. *Usserium* in Annal. ad A. M. 3335. *Keckerm.* de nat. & propr. hist. C. 7. *Nonii* Hispaniam C. 3. *Joh. Ger. Voss.* de Hist. Lat. III. 8. & de arte Grammat. Lib. I. C. 9. *Theophil. Raynaudum* de bonis & malis libris p. 164. *Anton. Augustinum* Dialogo X. XI. Antiquit. Roman. & Hispan. *Popelinierum* in Historia Historiarum Lib. IV. qui pag. 209. testatur, à se dissertationem peculiarem conscriptam adversus Annii suppositiones, quam tamen hactenus mihi videre nondum contigit. *Voëtium* Dispp. Select. III. p. 674. 675. *Isaacum Casaubonum* in Apparatu Exercitationum ad Baronium n. 5. Diatribe I. p. m. 20. Exercit. 3. &. 13. & alibi; ubi Baronium Pseudo-Philonem sequentem aliquoties refutat. *Scaligerianos* Sermones familiares, quos fratres Puteani conservarunt. *Joan. Rhodii* Catalogum Script. supposit. n. 18. *Hanckium* de Script. Roman. *Pet. Crinitum* de honesta disciplina. Lib. XXIV. 12. *Abr. Bucholcerum* in Indice Chronologico ad A. C. 1437. *Gesnerum* in Bibliotheca. *Auson. Popmam*, in notis ad Catonis ex Originibus fragmenta. *Jan. Drusium* libro de Patriarcha Henocho Cap. III. *Genebrardum* Chronol. Lib. I. *Franc. Riberam* in Zachariam C. I. num. 25. *Raphael Volaterranum* Lib. XIV. Anthropologiæ in voce Berosus. *Ludov. Vivem*, L. V.

de tradendis disciplinis, p. m. 507. & in Comm. in libros Augustini de Civitate Dei. *Cluverium* in Antiq. Italiæ Lib. II. C. III. fol. 563. *Sabellicum* Ennead. 10. Lib. II. & VIII. Lib. V. *Fabrum Stapulensem*. *B. Rhenanum*. *Serarium*. *Hottingerum* in Elencho Script. supposit. p. 53. *Vasæum* in Chronico Hispaniæ, p. m. 21. *Olearium* in Abaco Patr. p. 236. *Hofmann*. Lex. p. 125. *Quenstedt* de patriis. *Lambecium* in Bibl. Cæs. I. 16. Seth. *Calvisium* in Isagoge, quam operi Chronologico præmisit. Frider. Titelmannum in discursu Philologico. *Gesnerum* in Bibliotheca. *Octavium Ferrarium* Tract. de Origin. Romanorum. *Francisc. Suarez* in III. Tom. Disp. 1. Sect. 2. *Labbe* ad Bellarm. de Script. Eccles. II. 36, 786. *Aventinum* Annal. Bojor. I. Lib. VII. *Nic. Antonium* in Bibliothec. Hispan. sub. tit. Alphonsus Maldonatus. *Voss.* de Hist. Gr. I. 5. II. 13. Inprimis de Hist. Lat. III. 8. & I. 3. 5. & de arte Grammat. I. 9. *Gaudentium Merulam* de antiquit. Gall. Cisalpinæ III. 5. *Alciatum* ex ejusdem relatione. *Cocum* in Censura Patrum. Christ. Rupertum in Hist. universali p. 29. Quibus non obstantibus *Franciscus Sansovinus* hosce libros Antiq. in Italicum sermonem transtulit. V. Ghilinum in Theatro literatorum Italiæ P. I. p. 64. Et secuti sunt hos supposititios *Baronius* in Añalibus, ut supra indicavi, *Joh. Nauclerus*, *J. Driedo*, *Valerius*, *Anshelmus*, *Joh. Lucidus*, *Mich. Medina*. Cõmuniter scriptores recentiores rerum Germanicarum & Hispanicarum, quorum nulla gentis historia post Annium existit, quæ non & Berosi & Annii fide nitatur.

Adde

Adde *Dionyſ. Gothofredum* in præfat. Hiſt. ſuæ Antiquæ. *Albertum Leandrum* in Italia. *Sixtum Senenſem* in Bibl. S. Lib. IV.

ANSELMUS LAUDUNENSIS Scholaſticus, novo expoſitionis genere utriusque teſtamenti ſcripturas (ut habet Appendix ad catalogum Henrici de Gandavo,) gloſſa interlineari, & marginali de Patrum ſcriptis collecta, illuſtravit, elucidavit. At Sixtus Senenſis ita ſcribit: *Anſelmus Laudunenſis Gallus, cognomento Scholaſticus in Divinis Scripturis, & Sacrorum Doctorum voluminibus jugi ſtudio eruditus, & in omnibus diſciplinis non mediocriter inſtructus, ingenio acutus, eloquio preſſus, & Laconicæ cujusdam brevitatis imitator, novo, & inuſitato explanationis modo utriusque Teſtamenti libros ex breviſſimis quibusdam Patrum Annotatiunculis expoſuit, quas minutiſſimis characteribus deſcriptas in ipſas ſcripturarum lineas majoribus literis exaratas, non minus curioſa, quam utili induſtria artificioſiſſimè cooptavit eumque laborem ad differentiam Gloſſæ Strabenſis, quæ in marginibus ſacrorum codicum deſcribi ſolet, Gloſſam interlinearem appellavit.* Claruit Henrico IIII. Imp. ann. 1110. At Trithemius addit, eum ſcripſiſſe etiam *in Pſalterium Davidis.* Poſſevinus *in Apparat.* S. L. I. p. 86. Wie dem Anshelmo Cantuarienſi viel comentarii zugeſchrieben werden / die doch dieſer Laudinenſis verfertiget / werden wir künfftig an gehörigen Orten erinnern. Vid. *Molleri* Homonym. p. 539. ſeq. *Thomaſii* Hiſtor. Sap. & Stult. p. 95. ſeq. *Hendreich* l. c. & quos ibi allegavit autores p. 203. In Ar-

nolds Kirchen- und Ketzer-Historie P. I. Lib. XI. p. 341. hat seine Arbeit diß schlechte Lob: Dieser hat die Glossam interlinearem über die Bibel gemachet. Weil sich die Clerisey damals / wie allezeit bey dem Verderb/auf solche Glossen und Commentation legte / damit sie ihre Greuel recht anbringen und mit Schrifft-Worten bemänteln könte. Dahero in diesen und den nechsten seculis insgemein zu sehen ist / wieviel und grosse Glossen und Auslegungen / Postillen und dergleichen über die Bibel heraus kommen sind / daß man Sie mit viel Fudern nicht fortschleppen solte. Da denn die verderbte Vernunfft / und der eigene verkehrte Wille sich über die Worte GOttes hermacht / und die Lehrer dieselben also drehen und verdunckeln / damit sie bey ihren Ehren / Güttern und Wollüsten fein ungestört bleiben / und nicht verbunden zu seyn scheinen mögen / dem klaren Willen GOttes zu folgen.

ANSELMUS MANTUANUS, Lucensis Episcopus, ac deinceps amore Divinæ contemplationis, & amicis ignorantibus, monachus Cœnobii S. Benedicti in agro Mantuano, non longè post à Gregorio Papa VII. qui ejus opera maximè utebatur, coactus ad sedem quidem suam rediit, sed tamen habitum monasticum sub veste Episcopali celans, in eodem etiam sepeliri voluit, an. Domini 1086. die 18. Martii. Vita ejus m. s. extat in monasterio S. Benedicti Mantuani, vide Chronicon, de Origene ex actis Comitissæ Mathildæ, c. 5. à Benedicto Luchino monacho Italicè scriptum, & Mantuæ editum, an. 1592.

Scri-

Scripſit adverſus Guibertum Antipapam pro Romano Pont. *Apologeticum Domini Papæ.* In lamentationes Hieremiæ, non autem in Hieremiam totum, ut quidam putarunt, Lib. I. In Pſalmos usque ad illum locum, *Benediximus vobis in nomine Domini*, rogatu Mathildæ Duciſſæ, ſed moriens inchoatum opus reliquit.

Epiſtolarum ad diverſos, librum.

Extant in Bibliotheca S. Benedicti Mantuani m. 55. ſequentia opera ipſi ſcripta, videlicet. Meditatio in Orationem Dominicam. Incipit, *O immenſa clementia:* columnis octo in membranis prægrandibus.

Alia in eandem, cujus initium, *poſſunt autem omnia ſupra dicta aliter explicari.*

Alia in eandem. *Poſſumus & ſupradictas petitiones exponere.*

In Salutationem Angelicam meditatio. *Ave Maria.* In Salve Regina, Meditatio maximè pia, columnis octo, hoc exordio, *ad ſalutandam Beatam Virginem:* quæ quidem meditatio S. Bernardo tribuitur in editione Veneta, anno 1568. in 4. Tom. II. operum ejus, fol. 435. at utrum rectè, viderit cordatus lector.

Sunt autem apud Arnoldum Vuion, m. 55. alii duo libelli Anſelmo adſcripti, in quorum primo agitur de Geſtis Domini noſtri Jeſu Chriſti rythmicè. Incipit, *Deſere jam anima lectum ſoporis. Languor, torpor, vanitas excludantur foris.* In ſecundo verò, etſi de iisdem Domini noſtri geſtis diſſeritur, ſacra tamen Paſſio potiſſimum explicatur.

catur. Incipit, *Jesu Christi celeri miseratione, & Mariæ Virginis intercessione.*

Fertur & esse Anselmi pia illa Oratiuncula: *Domine Deus si feci, ut essem reus tuus.* De duobus autem Anselmis, quos citat Sixt. Sen. in Bibl. Sancta Arnoldus Vuion in notis ad diem 18. Martii sic scripsit: Anselmi, de quo Martyrologium Rom. cum Baronio; Galesinius, & Tabulæ Ecclesiæ Mantuanæ, hac die felici in Ephemeride Anselmi quidem meminit, sed eundem cum Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo confundit, in quo videtur corrigendus. Istius vitam ab ejus contemporaneo graviter conscriptam, habemus in nostro Cœnobio S. Benedicti de Padolyrone in agro Mantuano manuscriptam, quæ sic incipit: *Devotis quorundam precibus instanter cogimur, ut vitam sanctissimi fratris nostri Lucensis Episcopi D. Anselmi, quam præsentes vidimus, & pariter à commorantibus fideliter accepimus, compendioso explicemus labore. Arctioris vitæ studio inflammatus, Episcopatu relicto, vitam Monasticam in eodem S. Benedicti Cœnobio professus est;* ut clarè satis ostendit vitæ ipsius Auctor his verbis: *Disponit ergo Orationis causa Sanctorum aliqua visitare limina & nescientibus, qui cum ipso erant parentibus, ac fidelibus, fit subito monachus Regulæ S. Benedicti subjectus: Repositus verò à S. Gregorio VII. suæ sedi, nunquam habitum monasticum deserere voluit, sed eundem sub habitu Episcopali celans ad finem usque vitæ retinuit.* Reservatur item liber miraculorum ejus post mortem, quorum 29. à B. (sic enim se appellat) peccatore Capellano ejus:

ejus: reliqua 30. à reverentioribus, ſicut ipſi viderunt, aut audierunt à fidelibus, deſcripta ſunt. Agunt de eodem *Sigebertus* de Illuſ. Eccleſ. Script. c. 162. *Tritemius* de Scriptoribus Eccleſiaſt. & *Sixtus Senenſis*, Lib. IV. Bibliothecæ ſanctæ: in hoc tamen mendoſus, quod duos Anſelmos, unum Lucenſem, alterum Mantuanum Epiſcopos, pro uno conſtituat, & opera unius duobus adſcribat, quod quam à veritate ſit alienum, ex hoc liquet, quod nullus in toto Epiſcoporum Mantuanorum Catalogo reperitur, qui Anſelmus vocetur, eo præcipue tempore, quo floruiſſe iſte ab eo notatur; Mathildis ſcilicet Illuſtriſſimæ Duciſſæ. Tunc enim non Anſelmus, ſed Ubaldus Mantuanam tenuit Sedem, cujus hortatu, & juſſu iſtius S. Anſelmi vitam fuiſſe ſcriptam ab Auctore refertur. Reſtituendus ergo eſt ſuæ integritati Sixtus. Omnia verò, quæ Anſelmo illi Mantuano adſcribit de annis mortis, & Epiſcopatus, huic noſtro Anſelmo attribuenda ſunt. Porrò corpus viri hujus ſancti in D. Petri majore æde quieſcit Mantuæ, quod integrum cernitur, ut dormientem potius, quam mortuum dicens. Immortalitatis ſtola indutus eſt an. 1086. Epiſcopatus ſui 13. Indict. 52. ann. 9. Sed & de eodem agit *Bartholdus* in Appendice ad Contractum, ad annum 1086. & ea ipſa die eum obiiſſe teſtatur. Hæc Arnold. *Poſſevinus* l. c. p. 86. ſeq. Die meiſten von Ihm handlende Autores hat Hendreich l. c. p. 203. ſpecificiret: *Bellarm.* de Script. Eccl. & adhunc *Labbe.* Arnoldum *Wion. Olear.* in Abaco. *Gerhardi* Patrolog. *Baron.*

in Annal. 1086. T. II. in quibus plures ejus Epist. & in Tomis Conciliorum apud Binium. *Quenſted* de Patriis. Voëtium Pol. Eccl. L. I. 305. Romanum Martyrologium & *Baronii* notas ad d. diem: Vitam ejus metro ſcripſerat *Rangerius*, Lucen. Episc. teſte Domnizone II. C. 3. V. & Italiam Sacram Ferdin. *Ughelli. Friſium* in Serie Patrum, p. m. 85.

Er gedencket auch daſelbſt/daß ein gewiſſer Anonymus das Leben dieſes Anſelmi beſchrieben / welches hernach der Käyſerliche Bibliothecarius *D. Sebaſtian Tengnagel* ſeinen Monumentis veteribus pro Gregorio VII. (nicht VIII. wie daſelbſten ſtehet) p. 83. ſeq. mit einverleibet. Edit. Ingolſtadt. 1612. weil aber ſelbige Schrifft ſehr rar und in wenig Händen iſt / als wil ſie hier zum Zeugnüß communiciren / wie man eine böſe und verdorbene Sache mit ſo ähnlichen Farben ausbeſſern kan. Wer von dem ſtudio partium befreyet / wird bey dieſer Relation allerdings das Urtheil Herrn Arnolds in ſeiner Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie P. I. p. 341. bekräfftigen müſſen / welches / weil es ſehr hart lautet / dißmal vorbey gehe.

VITA

S. ANSELMI,

EPISCOPI LUCENSIS.

Qui
Gregorii VII. Pontificis Maximi familiaris, Diſcipulus & Strenuus propugnator fuit.

Nunc primùm
In lucem prolata.

Ha-

Habet in hac Historia Lector insigne sanctitatis Gregorianæ adversus calumniatorum maledica ora testimonium.

Animaduersio Domini Constantini Cajetani in Vitam S. Anselmi Lucensis.

Hujus scriptor historiæ, S. ANSELMI *rerum gestarum spectator & testis fuit, doctrina & pietate non modica refertus extitit, ut sæpe fatetur* S. ANSELMI *Presbyter in pœnitentia, & filius, ac ab eodem Dei viro multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus. Ejus verò nomen à litera B. incipere notum habemus ex MS. Pergameno antiquo Codice nostri Musei, & ex altero Cœnobii S. Benedicti de Padelirone, ut refert Dominus* Arnoldus *Monachus Cassinas ligni vitæ Lib. III. Quod nomen autem litera B. exprimat, vel* Benedicti, *vel* Bernardi, *vel* Bartolomæi, *vel cujuslibet alterius, necdum scire potuimus.*

Præfatus Autor, præter vitæ historiam, novem & viginti miracula de sancto Viro notavit. Sequentia verò triginta diversi, sicut ipsi viderunt, vel audiverunt, descripsere. Sic habet Codex Benedictinus. At noster, præter hæc, quàm plura ipsius sancti Pontificis habet miracula, licet in fine alia nonnulla desiderari videantur; quem defectum nec Ecclesia Mantuana, sive Lucensis corrigere valuit.

Hæc annotatio doctissimi & de antiquitate merendi bene cupidissimi D. Constantini Caëtani habebatur ad finem Apographi, quod Romà ad Jacobum Gretserum venit beneficio admodum Reverendi in Christo Patris ac Domini, Dn. Petri Consolini, *Congregationis Oratorii Præpositi dignissimi. Ex hac vita non pauca descripsit*

ſcripſit Añali undecimo Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius; quam nunc evulgamus, ut diſpiciant, qui Gregorium VII. tot calumniis onerant, & maledictis inceſſunt, num quem pro ſchiſmaticis proferre queant; qui Anſelmo, Altmanno, Gebhardo, & id genus aliis vitæ ſanctimonia, & miraculorum effectione ſimilis fuerit. Cæterum Anſelmo hoc ære perennius Encomium poſuit Bertholdus Conſtantienſis in ſuo Chronico Ao. M. LXXXVI.

Beatus Anſelmus quondam Lucenſis Epiſcopus, ipſo eodem ſuæ depoſitionis anno, innumerabilibus cœpit miraculis coruſcare, qui poſt obitum venerabilis Papæ Gregorii VII. fidelis S. Petri contra tyrannidem Heinrici, adhuc in carne vivens, multùm incitavit, ſed multò plus, poſt obitum ſuum miraculis coruſcans, eoſdem contra eundem perſiſtere confortavit; unde & pars Heinrici de die in diem cœpit deficere; Catholici autem in fidelitate S. Petri non ceſſaverunt proficere.

Vide D. Henricum Caniſium Tom. VI. Antiquæ Lectionis in præfatiuncula ad duos libros S. Anſelmi contra Guibertum Antipapam, *quos ipſe prædicto Tomo ſuo ſexto antea ineditos inſeruit.*

Scripſit quoque vitam & miracula S. Anſelmi Lucenſis, ſed oratione ligata, Rangerius Tertius à S. Anſelmo Lucenſis Epiſcopus, ut teſtatur Domnizo lib. 2. de vita Mathildis Comitiſſæ cap. 3. his rhythmis:

Tertius exiſtens ab eo Lucenſis, & ille
Rangerius Rector dictavit eam (*vitam Anſelmi*)
ſibi (*Mathildæ Comitiſſæ*) metro.

Addit

Addit Domnizo, eundem Rangerium egregium librum scripsisse de controversia Investiturarum.

Dictavit pulchrum nuper librumque secundum,
Qui baculi litem definit.

Sed hæc monumenta aut perierunt, aut alicubi cum pulvere ac situ, blattisque & tineis adhuc luctantur. Principium libri primi inserunt operi suo Domnizo.

Vita Beatissimi Anselmi, Lucensis Episcopi Ab. (sic enim se vocat) Presbytero, ejusdemque S. Pastoris in spiritualibus filio graviter conscripta. Cui quàm plura alia ejusdem St. Viri miracula annectuntur.

Devotis quorundam precibus instanter cogimur, ut vitam sanctissimi Patris nostri Lucensis Episcopi, Domini ANSELMI, quam præsentes vidimus, & à pariter commorantibus fideliter accepimus, compendioso explicemus labore; quæ tot certè ac tantis præclara fulsfit virtutibus, ut minimè nos ad injunctum tale negotium sufficiamus. Atqui, dum venerabile desiderium illorum perpendimus, tametsi non sufficimus, utcunque tamen, quod expetunt, incipimus. Quoniam fidelibus cunctis fidei præstat firmamentum & cornu salutis: excommunicatis autem confusionem, verecundiam, detrimentum & perniciem.

A pueritia qualiter vixerit; tum, quia pleniter non novimus; tum, quia reticere in præsentiarum satius æstimamus, prætermittimus. Studiosum tamen jam tunc in Scholasticis etiam legendis libris fuisse, ipso sæpius referente, cognovimus; quod & rei evidenter probavit effectus; quia in arte Gram-

Grammatica & Dialectica extitit peritus *). Dum autem videretur jam idoneus, nempe meritis, moribus ac ſcientia dignus, ut in honorem ſublimaretur Epiſcopatus, mittitur à Reverendiſſimo Papa **) Alexandro ad Regem, dato ſibi comite religioſo Epiſcopo S. Ruffinæ, nomine Meginardo. Sed quia jam perfectè cœperat odiſſe, ut ſacri Ordines Eccleſiaſtici à ſecularibus darentur poteſtatibus; quacunque vel occaſione, vel ratione potuit, absque dignitatis inveſtitura diſceſſit; quamquam ea intentione Domnus Papa illum direxerit. Nec mirum. Qui enim operatus eſt poſtea per eum multa Deus, Catholicæ illum electioni reſervavit. Rex autem quaſi deſpectum ſe, doluit, & regalis Imperii tanquam magnum detrimentum deploravit.

Defuncto itaque prædicto Papa Alexandro †), dum ſanctiſſimus Gregorius VII. in Romanum Pontificem Spiritus ſancti inſtigatione, ac voto communi Clericorum, & Laicorum, diu renitens, eſſet electus, ut ſequeretur eum iſte in omnibus, in Lucanam Eccleſiam eſt & ipſe electus Epiſcopus, atque ab illo poſtmodum religioſè conſecratus. Igitur, dum aliquanto tempore, non ſemel, aut bis, ſed ſæpius cum eodem religioſisſimo Ordinatore ſuo moraretur, vitam ejus conſideravit ineffabiliter mirabilem, ac mirabiliter ineffabilem. Quia,

*) *Re. ; hæc Baron. Tom. XI. A. 1073. N. 2.*

**) *Alexander II. Pont. qui & ipſe antea Epiſcopus Lucenſis fuerat, & Anſelmi nomen habuerat.*

†) *Recitat hoc Bar. Tom. X. Ao. 1073. num. 60. 62.*

Quia, cùm de omnibus & ſingulis finibus ſeculi fieret ad eum concurſus, ritè omnibus ſatisfecit. Veritas verò & juſtitia nunquam ori ejus defuit: imò, quod magis eſt mirandum, in ipſis ſecularibus negotiis ſæpius exceſſit mente, exhilarato ſpiritu ſuo cœleſti contemplatione; qui ſi privatus interdum extiterit, revelationibus etiam divinis jucundatus eſt & confortatus. Hujus, inquam, veſtigia dum exequi ferventer deſiderat, incipit oblivíſci mundum, ac totis viribus mentis & corporis, die ac nocte, ſuſpirare in Deum, committens ſe non ſolùm aſſiduæ lectioni, verùm etiam continuæ afflictioni. *) Et perſcrutatis diverſarum auctoritatum libris, incipit vitam ſuam perditiſſimæ damnationis æſtimare, atque accepti miniſterii dignitatem, grave oneris periculum, non honoris gaudium cogitare. Illud verò ante omnia metuens, quòd poſt Catholicum electionem de manu Regis annulum ſuſcepit, & Paſtoralem baculum. Nam irritum prorſus æſtimavit, quidquid operatus eſt, quaſi auctoritate illius abominabilis inveſtituræ: ſed & Domnus Papa id ſolùm aliquando vituperavit in illo.

Diſpo

*) Poſt hæc ſequuntur iſta apud Baron. *Nam ſeculi blandimenta & corporis delicias, quibus gaudebant homines, ipſa ſibi jam tunc convertit in tormentum, abominando quæque tanquam venena mortis amariſſima. Cibos quoque delicatiſſimos quoniam habebat exoſos, dum à circumſedentibus ſumere cogeretur, infirmitato, aut votum, aut aliam quamlibet occaſionem honeſtè finxit, ut deſideratam obſervaret caſtimoniam, & convivantibus non afferret triſtitiam.* Hæc tamen omnia in Apographo noſtro infrà comparent.

Diſpoſuit ergò orationis cauſa, ſanctorum aliqua viſitare limina, neſcientibus, qui cum ipſo erant parentibus, ac fidelibus, fit ſubitò Monachus, Regula S. Benedicti, *) ſubjectus. Qui non poſt multa, à Beatiſſimo Papa Gregorio invitus revocatur: in cujus etiam manum, quidquid à Rege acceperat, reddit, & refutat, omnisque datio Regalis in illo evacuatur. Ipſe verò in plenitudinem dignitatis **), vix relicto ſibi habitu monaſtico, reſtauratur. Nam & illum ſubtrahere ſibi Domnus Papa minabatur. Quantæ igitur abinceps religionis fuerit, nec lingua poteſt referre, nec manus ſcribendo valet exprimere. Monachi pariter & Canonici vitam & ordinem conabatur explere. Conatur etiam modis omnibus, ut ſit ſervus prudens & fidelis, ut in meſſe Domini, non inveniatur ocioſus, nec abſcondat pecuniam Domini ſui: verùm, ut poſſit revertenti Domino fiducialiter occurrere dicens; *Domine, ecce mna tua, decem mnas acquiſivit.* †)

Fit ergò verbi Dei prædicator egregius, inſtructor religionis præcipuus: amat Clerum reverenter, docetque ſapienter, cunctumque populum inſtruit decenter: Utque breviter concludam, *omnibus omnia factus* eſt, ut omnes lucri faceret. Diæceſim ſuam diligenter circuit, vitam omnium, præſertim Clericorum, dignoſcere gliſcit; &, ut omnis Clericus ſui nominis compos exiſtat, paterne monet, multumque deſiderat. Sic enim erudi-

tiſſimus

*) Bar. *& Cluniacenſium conſuetudini ſubjectus.*

**) Bar. *mutato tantum habitu;* ſed rectius exemplar noſtrum.

†) *Luc. XIX.*

tissimus Doctor Hieronymus vitam describens Clericorum, ait; quòd à sorte Dei Clericus dicitur; scilicet, ut abiecto mundi hujus impedimento, nihil præter Deum, sortiatur.

Primò igitur Canonicos Ecclesiæ majoris in civitate Lucana, quæ est in honore sanctissimi Episcopi & Confessoris MARTINI dedicata, mitissimè aggreditur, monet, blanditur & suadet, ut opere exerceant, quod nomine dicuntur. Canonicus enim quasi *Regularis* dicitur: utque regularem agat vitam, studiosè prædicat & precatur. Cumque diutius illis instaret, idemque frequenter instigaret, indignati tandem sunt, ac temerè nimis responderunt. At ille, sicut Pater pius & mansuetus, benignè omnia suscipit, nec tamen vinci à malo vellet, sed in bono vincere malum studet. Promittit denique, tanquam alter factus religiosissimus Episcopus Augustinus, ut vitam cum illis peragat communem. Nihil præter illos proprium, verùm omnia simul vult cum ipsis habere communia; vult effici pauper, ut divites illos faciat in Christo, omni omninò conamine, tum spiritualiter, tum seculariter nititur eos allicere.

Invitat tandem sui studii adjutricem Marchionissam D. Mathildam moribus ac genere nobilissimam; quæ spiritualis & religiosissima in occulto, secularem, aut ut verius dicam, militarem agebat vitam in manifesto; sic tamen spiritualem habebat, ac sæcularem, ut & illam in Christo, & istam faceret pro Christo. Quæ verò secularis; hæc majoris illi fuit angustiæ ac laboris: sed & multo

 pluris,

pluris, ſpero, retributionis. Illa etenim voluntatis fuit propriæ : iſta quidem obedientiæ. Si quid ergò habet ipſa ingenii, ſi quid ſapientiæ, vel conſilii, id effudit hoc in negotio hilariter. Igitur prædictos alloquitur Canonicos, tum communiter, tum ſingulariter: incitat, inſtigat eos, confortat atque ſpondet Eccleſiæ augmentum & honorem; ipſis quoque commodum, tam in futuro, quàm in præſentiarum. Promittit etiam parentibus ipſorum divitias & honores; quatenus vel ſic attrahere poſſit voluntates illorum. At illi ſæculo nequam excæcati, reſpuunt omnia: eligunt magis aquam anguſtiæ in damnationem, quàm vinum lætitiæ in ſalvationem. Optant pauperes potius eſſe diaboli, quàm divites Chriſti.

Prædictus autem Præſul & Paſtor diligentiſſimus, nolens oves ſibi commiſſas perire; tum minis, tum blanditmentis eos aggreditur. Cui dum reſiſterent illi, &, quantum potuerunt, contradicerent; jam tunc, credo, nimium, ſed inaniter fatigatus ceſſaſſet; niſi quod Beatus Papa Leo IX. ſub decreto anathematis ſtatuerat, ut ejusdem Eccleſiæ Canonici vitam agerent communem, & viverent regulariter. Cujus decreti quoties vidit, aut recordatus eſt præceptum, expavit, nec tacere auſus fuit.

Accidit igitur, ut eandem ad civitatem ſanctiſſimus Papa *) Gregorius VII. veniret; perlatumq; eſt ad ipſum idem illud negotium: qui mox incipit paterno illos primùm affectu admonere, ac dicere: quoniam Romani Pontificis decreta præterire non licet;

*) *Recitat hæc Bar. Ao. 1074. num. 46. 47.*

licet; rogat eos, & ſuadet benignè, quatenus ſaluberrimis obediant decretis, & Reverendiſſimi Patris exequantur voluntatem: nec ſemel, aut bis, ſed ſæpe, ac multum, aliquando cum eodem ſancto Epiſcopo, interdum ſine ipſo alloquitur illos, tum durè, tum blandè, proferens eis ſcripturas ſanctas, & autoritates authenticas: Illi verò, & ſi humiliter ſe beata quandoq; monita finxerunt audire; omnia tamen abſentes depravarunt.

Vocantur denique ad Sedem Apoſtolicam, ibique conſpiratores in proprium Epiſcopum, & inſidiatores detecti ſunt. Prolatis ergò Canonibus, & lecto Capitulo ſancti Martyris & Epiſcopi Fabiani, qui conſpiratores & inſidiatores ſuorum Epiſcoporum Curiæ tradendos inſtituit, judicio totius ſanctæ Synodi etiam ipſi Curiæ traduntur. Tunc fidelis & prudens Marchioniſſa Mathilda ſervos illos appellans, in ſervitutem Curiæ vocavit eos. Quam ob cauſam triſtes, præterquam credi poteſt, etiam adverſus ipſam, quotquot potuerunt conſpirare fecerunt *) Convenerunt ergò quàm plures iterum Epiſcopi apud S. Geneſium, quod **) à civitate Lucana non multum diſtat; inter quos reverendiſſimus Albanenſis Epiſcopus, nomine Petrus ***), vicem D. Papæ agebat. Qui, cum eodem Lucenſi Epiſcopo S. ANSELMO, & cum reliquis omnibus conſpiratores illos excommunicavit: unde, inſolabiliter illi dolentes & indignati, totam civitatem malitioſè commoverunt, freti auxilio perditiſſimi homi-

*) *Recitat hæc Bar. l. c. num. 48.*
**) Bar. *Caſtrum.*
***) *Igneus* cognomento.

hominis quondam dicti Regis Henrici, religiosissimum Episcopum à civitate repulerunt: sed & prædictæ Dominæ rebelles penitus facti sunt. Hujus utique conspirationis præfatæ caput & Princeps fuit quidem nomine Petrus, falsa professione Canonicus, Ordine damnationis suæ Subdiaconus, mente superbus, incontinens moribus, verbis procax, corpore incompositus, vir sanguinum & fomes omnium spurcitiarum. Qui propter immensitatem malitiæ suæ factus est subito contumax præco Heinricianæ tyrannidis: Et post aliqua, fit etiam familiaris Curiæ iniquitatis: quam justa quidem interpretatione à cruore dico *Curiam*, vel potius universæ turpitudinis sentinam.

Hic denique post tempora non plurima, veniente in Tusciam Heinrico cum Hæresiarcha Wiberto, de quo latius postmodum tractabimus, quoniam instanti videbatur opportunus insanire, eo quod nec in Deum timorem, nec reverentiam habebat in hominem, imponitur Episcopus erroris ejusdem Lucanæ civitatis; qui, adjunctis sibi totius terræ nequissimis, videlicet periuris, latronibus, fornicariis & adulteris, terram Ecclesiæ invadit, castella & homines, vi aut fraude, vel precio sibi asciscit. Unum solummodò castrum venerabili remansit Episcopo, quod etiam tyrannus ille, eò quòd civitati erat proximum, quasi quotidie incurrens, devastavit prædis, incendiis atque homicidiis. Ille autem mansuetissimus omnium; omnia gaudens sustinuit, paupertatem pro Christo optavit; qui & duobus Capellanis contentus, ac paucis servientibus

bus, cum reverendiſſima, quam prædiximus, Matrona, humilis permanſit.

Atqui, ut univerſæ maledictionis tunicam adverſarius ille indueret, demum ab Hæreſiarcha Wiberto, non dico conſecratur, ſed execratur: quatenus ſimilis ſimilem in omnibus imitaretur. Nam ſicut ille Romanam invadendo Eccleſiam commaculavit, ſuperſtite adhuc ſanctiſſimo Papa Gregorio VII. ita iſte Lucanam, vivente religioſiſſimo ſuo Epiſcopo. Itaque, ut Beatiſſimi Martyris Cypriani verbis utar, *nullus vel iſte, vel ille: quia nec ſucceſſor nec anteceſſor, cujusquam aut ille, aut iſte: ambo Parricidæ, ambo ſceleratiſſimi violatores ſuæ matris Eccleſiæ.*

*) Dum ergò expulſus ille, cum Maria ſecurus deſideraret ſedere, facti ſunt Epiſcopi & Principes penè omnes, non ſolùm, dico, inobedientes, verùm omnino rebelles ſanctæ Sedi Romanæ; & inventa eſt ſola atque unica Dux & Marchioniſſa Matilda in fide permanens, zelum Dei habens, Domino Papæ Gregorio obediens: quia, ut ſanctiſſimam ejus vitam, & religionis cognovit ardorem, totam ſe ſuæ tradidit diſpoſitioni: ſperans ab oneribus mundi hujus tali obedientiâ explicari: cui è contrario in remisſionem datur, ut quaſi altera Debora, populum judicet, militiam peragat, hæreticis ac ſchiſmaticis reſiſtat. Atque, ne, tanquam ſola deficiat, cuſtodienda commendatur præſcripto Lucenſi Epiſcopo S. ANSELMO; commendatur, inquam, omni diligentia, & affectu charitatis, comendatur à Beatiſſimo Magiſtro

*) *Recitat hæc* Bar. *Tom. II. Ao. 1074. n. 14. qui legit* cum enim penitus.

ſidelisſimo diſcipulo, ſicut in cruce Chriſtus matrem Virginem Virgini diſcipulo commendavit: Mater, inquiens, *ecce filius tuus:* †) ad diſcipulum autem; *Ecce mater tua.* Ita ergò, dum uterque mundi voragines evadere, & contemplationi vacare conatur, majoribus mundi negotiis implicatur.

Sanctiſſimus *) igitur talis ille diſcipulus cuſtodiæ illius & ſtudet ſatagere, & omni ſtudio ſanctitatis magis ac magis, de die in diem exardeſcere. Poſſumus certiſſimè de illo affirmare, quod replevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus: Et erat magni conſilii angelus. Nam cùm multa haberet ſecularia judicia, ſupra ſcripta **) D. Matilda, devota D. Petri ancilla; ipſe ſuis eam conſiliis ita peragere fecit omnia; ut & Evangelica præcepta, & Canonum inſtituta, legumque jura ſervaret; quod in humanis mentibus & ingeniis raròo, vel nunquam invenitur. Verum ipſe ſuo à Magiſtro Beatiſſimo Papa Gregorio ſic didicerat; ſpiritus verò ſanctus utrumque repleverat.

Tunc ergò incredibili jam modo Romanus Orbis in ſe ipſum fremuit, & inſanivit. Nam *Heinricus* ***), filius Imperatoris, Heinrici Tertii, magnas in omnes catholicos inimicitias exercebat; qui dum ab ipſa infantia, defuncto jam Patre, ſuſcepiſſet regni gubernacula, impletum eſt, quod per Salomonem dictum eſt; *va terra, cujus Rex puer*

†) *Job. XIX.*

*) Bar. *Sanctiſſimus itaque Dominus noſter & pater Anſelmus cuſtodia illius.*

**) Bar. *Domina Mathildis, unica B. Petri filia.*

***) *Miſerandus Reipubl. ſtatus ſub Heinrico IV.*

puer est. †) Nam puerilibus ſe conſiliis committens, omnium genera ſpurcitiarum edoctus, cunctam *mox religionem*, & jura omnia *confundere* non erubuit, ac ſuæ libidini in omnibus turpitudinis *) inſtuduit. Illo ſiquidem in tempore non quisquam Epiſcopus, aut Abbas, ſive Præpoſitus eſſe potuit, niſi qui majorem *pecuniam habuit*, vel ipſius ſpurcitiarum compos extitit, & fautor aſſenſit. De nullius certè vitâ vel converſatione agebatur bona, imò abominabilis, religio omnis, & veritas, atque juſtitia habebatur. Ille Sacerdos laudabilior, cujus veſtis comptior, cujus menſa copioſior, cujus concubina ſplendidior. Nec miles dicebatur glorioſus, niſi ter fuerit, aut quater periurus; quod dum Beatiſſimus Papa Gregorius dolens ac triſtis conſideraret, cupiens ſanctam Eccleſiam uſui Eccleſiaſtico & legibus reſtituere Canonicis, miſit ad eum frequenter benignas legationes, tum paternè admonens, tum aſperius etiam redarguens.

Atqui dum hoc quoque modo minimè ſe percepit proficere, tandem direxit ad eum matrem ipſius religioſiſſimam Imperatricem Agnetem; & cum ea reverendiſſimos duos Epiſcopos, *Praneſtinum & Cumanum*, quibus utique præſentibus, audito diligenter eorum conſilio, pœnitentiam ſimulavit, obedientiam devovit, emendationem de omnibus promiſit. Redeuntibus autem illis, in ſe ipſum eſt ille reverſus, deterior quàm olim effectus. Nam inaudita deinde audacia, & admirabili ſuperbia, ſui facinoris compotes, nec dicendos

 col-

†) *Eccleſ. X. v. 16.*
*) *Sic quidem MS. fortè* ſtuduit *leg.*

collegit Episcopos in civitatem Wormatiam habitoque conciliabulo, proscripserunt primæ sedis Episcopum, quod à sæculis non est auditum. Fecit deinceps legationem in Italiam, eandem affirmans præsumptionem per schismaticos sibi complices Episcopos. Hujus legationis lator fuit quidam *) Eberhardus nomine, Theutonicus natione, *filius* seculi, hamus diaboli, inventor omnis ferè mendacii. Hic circuivit & perambulavit terram, ut schismatica omnes **) interficeret contagione; multos certè, qui propter interdictum Domini Papæ, divino ab officio cessaverant, ipse interdictus, & vinculo perditionis ligatus, inaudita temeritate, ac superbia reconciliavit: & ex parte Domini sui Regis, ut officium more priori celebrarent, indixit.

Cum igitur dissimulare amplius tanti facinoris malitiam non posset Apostolicus, excommunicavit tam ipsum, quàm omnes ipsius fautores, atque omnem sibi regiam dignitatem interdixit, & obligatos sibi Sacramentis, ab omni debito fidelitatis absolvit: quia, quod verecundum etiam est dicere, præter hæreticam, quam prælibavimus, culpam, aderant in sancto Concilio nuntii illius sic audentes latrare: *Præcipit Dominus noster Rex, ut sedem Apostolicam, Papatum, utpote suum, dimittas, nec locum hunc sanctum ultrà impedias.* Prô nefas; & ô execrabilem infelicissimi hominis temeritatem! En ecce *suum* esse dicit, quod soli Apostolorum Principi Petro Christus Dominus commisit.

Nec

*) *Comes, de quo Baron. Ao. 1076. num. 16.*
**) *Inficeret.*

Nec subitò quidem commisit, verùm tertiò, antequam committeret, interrogavit; *Simon*, inquiens, *amas me?* *) Non tanquam ipse ignoraret, sed, ut futuris temporibus providentiam præsignaret, ne citò & præcipitanter cuilibet cura committeretur animarum. Illi ergò post tertiam tandem sui amoris certam sponsionem; *Pasce*, inquit, *oves meas*. Non Regem, non Imperatorem, aut aliquam Christianæ professionis conditionem excepit, præter eum, qui suam, se, ovem abnegaverit. Igitur, quem sui solus judicio Dominus reservavit, hic non solùm judicare, verum etiam *suum* dicere, & quantum in ipso est, audet damnare. Quam ob causam omnis illa sancta Synodus, jure indignata, anathema illi conclamat atque confirmat.

Igitur non post multò, idem Reverendissimus Papa, per quem restaurari cœperunt omnia Jura Canonica, usque ad ipsum prorsus penè abolita, rogatur à quàm pluribus regni Principibus, præsertim à Comitissa Matilda confortatus, quæ tunc maximam partem regebat Italiæ, quatenus in partes Theutonicas, ob communem Matris Ecclesiæ necessitatem, descendere dignaretur, Illi etenim propter insbientiam suam, & anathema, Heinricum Regem & Dominum abrogaverunt; qui etiam pariter convenientes coëgerunt eum, ut repudiatis consiliariis iniquitatis, privatim ipse quodam in Castello maneret; ne multos lepra sui anathematis contaminaret. Decreverant enim apud se, ut accersito humiliter sancto Papa Gregorio in civi-

*) *Joh. XXI.*

civitatem *Augustam*, etiam ipsum in commune totius Regni consilium ante Judicem universæ Christianitatis adorarent: desiderantes, ut auctoritate Apostolica, aut emendatum eundem, & absolutum recuperarent: aut, ipso justè reprobato, alium in Christo eligerent. At ille, accusante se conscientia sua, sanctum conventum non exspectavit; sed venit obviam Domno Papæ in oppido Canusio, humiliatus usque ad pedes ejus; & facta securitate Domno Papæ per Sacramenta, prout ipse dignatus est præcipere, præsentibus, Episcopis & Abbatibus atque Comitissa Matilda, & *) Adeletia, aliisque pluribus; tertia demum die est absolutus; veruntamen in regnum non est restitutus.

Itaque ad priora iterum regreditur consilia, ad excommunicatorum perversa conventicula; & quod Jurejurando promiserat, brevi tempore observabat. Nam infra quindecim, ut opinor, dies, cùm B. Episcopus ANSELMUS legationem Domini Papæ una cum religiosissimo Hostiense Episcopo Gerardo Mediolanum deferret, impetiti sunt à militibus illius, & captus est Hostiensis Episcopus; sanctum verò ANSELMUM nequaquam ausi sunt tangere, quoniam indigena fuit, & nobilis prosapia. Ipse autem ultrò se capiendum ingerebat dicens; quòd à socio Legationis non discederet; aut illum, inquiens, dimitterent, aut se captum cum ipso tenerent. At illis hoc non præsumentibus, tristis abscessit, volens, si posset, pro fratre suam ipsius animam ponere. Hæc est enim perfectio charitatis, hæc summa dilectionis, ut ani-

*) *Adelaia, seu Adelheida, quæ Comitissa erat.*

animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis: ſolent alii, tanta in neceſſitate, ſimulare multa, ac diſſimulare, mentiri quidam, & perjurare plurimi. Hic autem nec uno verbo ſimulationis *) quenquam ſimulare voluit; quod benè quidem potuit, ſicut ab ipſis, qui capti ſunt, poſtmodum audivimus. His utique, ac ſimilibus multis, irrita facta ſunt dicti olim Regis Heinrici Sacramenta.

Eligitur interim in partibus Theutonicis Dux Rudolphus in Regem ad defendendam Catholicæ Eccleſiæ unitatem; propter quod, magis magisque indignatus Heinricus, ſpreto conſilio & auxilio Domni Papæ, in omnes Catholicos debacchatur inique. Mortuo autem in fide Catholica Rege *Rudolpho*, audet ille, quod potentiſſimi olim Imperatores, ſive illi hæretici, aut Apoſtatæ, vel etiam Pagani eſſent, nunquam præſumpſerunt: Audet, inquam, convocatis aliquot hæreticis Epiſcopis, vivente Papa Gregorio, cui obediens factus eſt etiam jurejurando, nullo habito univerſali Concilio, absque judicio; audet certè in Papam eligere Wibertum, Ravennatem, quondam Epiſcopum, tunc autem multis jam annis excommunicatum, cujus ſuperius aliquam, ſed breviter, commemorationem fecimus.

Sed **) quis ad hæc tam idoneus, quàm hic, qui ab ipſis cunabulis ſpiritu ſuperbiæ repletus, nihil meditabatur præter elationem & ſuperbiam. Hic namque, nobis cernentibus, omnem obedientiam & ſubjectionem Domno noſtro Papæ Gregorio exhi-

*) *Quidquam.*
**) *Qualis Guibertus.*

hibuit; sed & ipse cum honore illum ac dilectione in sacro Lateranensi Palatio recepit hospitio, & proximum illum à dextris suis in sancto habuit Concilio, & primum in omnibus, quibus dignè oportuit; sperans verum esse, quod perditissimus simulavit. Ille autem non post multa per superbiam incidit in inobedientiam, factus pariter periurus, sed & parricida tandem iniquus: quia Patrem sanctum ad mortem usque est persecutus. Talem, inquam, tam justum tam sanctum, cum suis fautoribus in Papam elevat Henricus. Roma non quæritur, nec Romanus aut Clerus aut populus. Unus quidem affuit Hugo nomine, *Candidus* nomine, nigerrimus mente, Cardinalis olim, sed dudum jam pro suis sceleribus justè excommunicatus & abjectus. Hic damnatus damnatũ, periurus periurum, parricida laudat parricidam. In loco siquidem horrido & asperrimo, in mediis nivalibus Alpibus, ubi fames assidua, & frigus penè semper continuum: locus ipse vicus est, pro civitate, qui BRIXANERIUM vocatur, altissimus circundatus scopulis, ubi etiam vix nomen obtinetur Christianitatis. Hic, principalis Ecclesiæ privilegia; hîc, summi Sacerdotis Jura, hîc, sanctorum Patrum instituta; hîc, omnia evacuantur Canonica decreta: nimirum, si qui rogarent, ut alium cœlis imponeret, Deum quantum in ipso erat, æstimo, faceret atque confirmaret. Nam nec omninò novum est aucupium, quod agit; à pueritia quippe sua, sic didicit.

Enimuerò dum venerabilis Papa Alexander canonicè fuisset olim electus, ipse *) Cadolum Parmen-

*) *Cataloum.*

menſem Epiſcopum in Theutonicis partibus ſuum Papam elegit, Romamque direxit; qui diuturnam diſcordiam, bellaque multa commiſit. Huic nefariæ præſumtioni mater ipſus AGNES Imperatrix interfuit; quæ ſancti Spiritus illuſtratione compuncta, apud ipſum Papam Alexandrum confeſſionem poſtmodum fecit, pœnitentiam accepit. Cui id præ cæteris injunctum eſt, quatenus Romæ moraretur, ibique ſancto Petro vigiliis, orationibus & jejuniis ſatisfaceret, ac prodeſſet Eccleſiæ conſiliis & auxiliis, prout valeret. Ille autem in ſua permanens deteſtabili pertinacia, Wiberticum adorans dæmonium, admonetur rurſus ab Apoſtolico affectu paterno, miſſis ad eum Epiſcopis Albanenſi & Paduano. Atqui, dum non emendatur, rurſum periculoſiſſimè excommunicatur.

Ille ergò quaſi novo tyrannidis aucupio, tunc incepit univerſarum Eccleſiarum tam prædia, quàm omnes penè theſauros earum militibus diſpertiri; quos & omnes parti ſuæ agglutinat, præter admodum paucos, quos reſervavit ſibi Dominus, ut non curvarent genua coram Baal.

Collecto igitur exercitu Romam tendit, atque primo mox ingreſſu omnem furorem ſuum in ſupradictam Dominam Matildam convertit; villas incendit, caſtella diruit: quæ tamen, divina ſe protegente miſericordia, non nimium detrimenti ſuſtinuit. Tunc, inquam, hominis ingenium & ſapientiam, utpote ſancti Epiſcopi ANSELMI laudare poſſes. Nam etſi navis fortis & benè compoſita eſt, nautæque prudentes; facilè tamen periclita-

clitatur, niſi ſapiens & validus fuerit gubernator. Illa pro pietate matris ſolicitabatur; ille gubernandi artem meditabatur. Illa poteſtatem exercebat; ille, regebat. Illa præceptum; & ille dedit conſilium. Excellebat tamen ille in omnibus. Quia obedierunt ſanctitati ſuæ tam ipſa, quàm ſui omnes; plus tamen ipſa. Nec mirum. Adeò enim ſingulis per ſingula providè ac ſapienter conſiliatus eſt; ut & dicto quondam Regi, cunctiſque majoribus, ac minoribus penè totius Italiæ ſola domus illa reſiſteret, injuriam Dei ſuamque vindicaret, honorem obtineret, & gratiam Dei non amitteret. Nimirum ſuis id meritis impetratum eſt, ut laudabilis illa & glorioſa, per exteras etiam terras prædicaretur. Quid ni? Illa enim nobiliter & magnificè, inſolito mulierum more, plus dico quàm viriliter agebat; nullum ferè periculum metuebat. Quis nam potentem unquam ſuum, ut illa, deduxit exercitum? Receſſerunt tamen ab illa plurimi ſuorum, & abierunt retrorſum. Separati ſunt, inquam, à nobis, quia non erant ex nobis. Nam & Angeli quidam de cœlo deciderunt, aliis ſic corroboratis, ut cadere amplius non valerent. Corroborati ſunt & hi, qui permanſerunt, tum ex dulcedine Paſtoralis ſapientiæ, tum ex benevolentia & hilaritate tam deſiderabilis matronæ.

Nam egregius ille Paſtor & Doctor die noctuque affuit illis, ſpiritualibus doctrinis & admonitionibus; illud maximè inter cætera replicans, ut ab excommunicatis ſe obſervarent, quoniam, ſi quis cum excommunicatis participaſſet, niſi, ac-

ceptâ pœnitentiâ, primum absolveretur, nullam cum reliquis communionem habere potuit. Perfecto utique odio oderat excommunicatos; unde & solicitos multos sua doctrinâ reddidit; plurimos à tyrannide tanta prohibuit, quosdam etiam penitus convertit. Ipsi denique quondam dicto Regi commonitorium dictavit; & hæresiarcham ipsum, sanctæ sedis Romanæ invasorem, Wibertum scriptis salutaribus commonuit.

Quid tandem? Romam, sicut incepit, Tyrannus ille invadit, tribus illam annis impugnat: quamvis demum periurus, & pecuniâ plus, quàm viribus, aut sapientiâ expugnat. Fitque Beati Petri sancta Ecclesia impiorum latronum spelunca. Sed nec dum totam quidem Romam devicit. Quoniam in castello, quod CRESCENTII dicitur, reverendissimus Papa Gregorius permansit. Permanserunt quoque nec corrupti, nec decepti, aut devicti nobiliores quidam Romani, magis obedire Deo, quàm homini cupientes hæretico.

Igitur accrescente tam impia hæreticorum persecutione, invitatus ab Apostolico Viro Dux Apuliæ & Calabriæ Robertus, Romam festinavit; ante cujus adventum Henricus, Urbe relictâ, fugit; quam una die manu armata Dux fidenter expugnavit, Domnumque Papam de angustia turris in latitudinem sacri Palatii Lateranensis cum magno triumpho & gloria reduxit. Itaque peractis ibi aliquot diebus, Salernum pariter perrexerunt, ubi & sanctissimus Papa emigravit ad Christum. Nam mira-

miracula, quæ per eum operatus est Dominus, alia quidem vidimus, alia ab idoneis testibus audivimus, quorum non est modò dicendi locus. Fugato ergò ab urbe Heinrico in Theutonicas partes statim ipse revertit, concitatis primùm omnibus penè Longobardis adversum præfatam Dominam, & adversus sanctum provisorem ejus, sed & adversus omnem Catholicam unitatem.

Nec multo post ecce coadunati sunt Episcopi & Marchiones cum aliis multis, qui magno impetu & furore subito terram invaserunt ejusdem Comitissæ, putantes totam ilicò suæ ditioni subjugare. Tunc ergò congregati sunt & nostri siquidem pauci; quoniam una vix die præscii facti sunt; veruntamen nimis confortati sunt: quia Dominus noster sanctus ANSELMUS Episcopus suam eis benedictionem per nostram direxit parvitatem: hoc in mandatis præcipuè commendans nobis, ut si qui cum excommunicatis communicassent, primitus illos absolveremus, & tunc pariter omnes auctoritate Apostolica & sua, benediceremus, instruentes eos; quo pacto, quave intentione deberent pugnare, sicque in remissionem omnium peccatorum eorum instantis belli committeremus periculum.

Facto itaq; congressu citissimè dorsa hostes dederunt; & captus est mox Parmensis Episcopus, & nobiles multi, minores verò absque numero: sed & mortuorum non est inventus numerus. De nostris autem tres mortui sunt, & vulnerati pauci; qua in re gloriam Dei, & virtutem benedictionis Reverendissimi Præsulis fideles omnes agnoscere pote-

teſtis. Abhinc enim confuſa ſunt hæreticorum conciliabula, & declinata eſt nimis elata eorum inſolentia. Gaviſi autem & confortati ſunt omnes Catholici, præſertim domus illa, quam S. Pater noſter ANSELMUS Epiſcopus inexſuperatam poſtea cuſtodivit, ac in fide Catholica permanentem reſervavit. Et factus eſt ille unius olim civitatis Epiſcopus, innocenter quidem expulſus, multarum civitatum Præſul magnificus. Nam poteſtatem ei, & vicem ſuam Domnus Papa commiſit per omnem Longobardiam, ubi Catholici non haberentur Epiſcopi, qui tunc inveniebantur certe rariſſimi.

Concurrunt itaque ad ipſum ab omnibus partibus Longobardiæ, quotquot zelum habent fidei Catholicæ. Ibi benedictionem Catholici, abſolutionem excommunicati, ſed converſi, accipiunt: ibi chriſma, ibi ſacros Ordines exquirunt; illic deſolati ſolatium; inconſulti conſilium; conſulti gaudium inveniunt. Apud ipſum, quidquid usquam dubii eſt, ſapienter diffinitur. Ejusdem ſemper gravitatis & reverentiæ reperitur, nec precio aut precibus corrumpitur. Multi ſæpe ad illum modò nobiles, modò ignobiles, pauperes venerunt ac divites, qui, dum à prædicta Comitiſſa vellent aliquid aut acquirere, aut acquiſitum ſecurius obtinere, munera ſibi interdum grandia, interdum promiſerunt alii majora; quibus ille, quamvis pauper ipſe, atque egentes ſui eſſent omnes, iratus reſpondit; dona reſpuit, adjutorium contradixit; quod ſi gratis poſtulaſſent, citius certè impetraſſent.

ſent. Ait enim; ſi eſt injuſtum, quod expetunt, ero particeps, imò auctor eorum injuſtitiæ: ſin autem juſtum eſt, reus ero, ſi juſtitiam vendidero. Quod ſi mente aliqui perverſa divinitus forſan excæcati, aut avaritia ſeculi pernicioſè implicati, Catholicæ & Apoſtolicæ reſtiterunt ſententiæ, dum ſecum ratiocinari cœperunt; ſubitò ſatis obmutuerunt, quia ſapientiæ illius reſiſtere non potuerunt, imò eloquentiam hominis tantam tamque rationabilem mirati ſunt. Omnem enim ſacram Scripturam ferè memoriter novit; quid ſinguli, quid omnes de quavis cauſa ſancti expoſitores ſentirent, mox, ut interrogares, reſponderet. Multa ſibi ſacris ex Scripturis divinitus expoſita cognovimus, quorum aliqua ab ipſo habemus ſcripta, aliqua retinemus in memoria. Multos libellos propriis manibus conſcripſit. *) Apologeticum unum diverſis ex ſanctorum Patrum voluminibus compilavit, quibus Domni Papæ ſententiam, & univerſa ejus facta atque præcepta Canonicis defenderet rationibus & approbaret orthodoxis auctoritatibus. In lamentationes Hieremiæ dilucidiſſimam fecit expoſitionem. Pſalterium quoque rogatu benedictiſſimæ Dei ancillæ Mathildæ expoſuit luculentisſimè, breviter quidem, ſed utiliter, usque illum in locum, ubi ait; *Benediximus vobis in nomine Domini.* Ibi ſiquidem vitam & expoſitionem finivit, nobisque omnibus alter Patriarcha Jacob benedixit; cujus ut omnibus notum eſt, univerſam in Italiam benedictio deſcendit. In ipſum etenim & per ipſum hæretici ac ſchiſmatici alii convertuntur, alii

*) *Edidit hunc librum Apologeticum D. Hericus Caniſius T. 6. Antiq. Lect.*

alii confunduntur, quorum mox dentes confringuntur ipſorum, dum ipſius Domini Verbis reſpondetur ejus; *Cæci vident, claudi ambulant, ſurdi audiunt, muti loquuntur.*

De abſtinentia verò illius quid dicam? Omnes ferè cibos habuit tanquam exoſos, etiam delicatiſſimos, quæ prædicta ipſius in Chriſto filia ſæpe ſibi exquiſivit, non dico, non manducavit, ſed vix guſtavit. Cuncta ſæculi blandimenta & corporis delicias, quibus gaudent homines, ipſe ſibi convertit in tormentum, abominando ſingula, tanquam quælibet venena. Cibos quoque appoſitos, dum à circumſedentibus interdum ſumere cogeretur, infirmitatem, aut votum, vel quamlibet occaſionem honeſtè finxit; ut, & deſideratam obſervaret caſtimoniam, & convivantibus non inferret triſtitiam. Vinum, ſicut Beatus ait Hieronymus, ferè ut venenum fugit. Vidi, inquam, quod, & tacitus notavi, ut in ore ſumptam bucellam nollet dentibus, ſicut eſt communis hominum conſuetudo, maſticare, ne aliquam dulcedinem caperet, ſed molliter tactam, & breviter involutam, conſumpſit.

Per totam ſæpe menſam non bibit; verùm, ſi ardentius quandoque ſitis incubuit, circa Veſperas fortaſſe modicum aquæ privatim hauſit. Nam, & in ipſa aqua, prout mecum ſæpe locutus eſt, gulæ gaſtrimargiam æſtimavit, laqueum timuit, ideoque parcius delibavit. Quod ſi naturæ neceſſitas non cogeret, inſomnis, ut opinor, omni tempore permaneret. Nocte tota aut legit, aut ſcripſit,

oravit; &, si fortius insisteret somnus, stans dormitavit: quod si delicatius interdum, in genua usque provolutus dormivit. In lecto quidem rarissimè, nisi summa cogente verecundia, vel necessitate; nec idem horis productis, sed quasi momentis. Paulominus jam ipsam devicerat naturam, ut non jam videretur corpus, sed quasi spiritus totus. Verè potuimus in illo Evangelium hoc, (*) ac si corporaliter agnoscere, quia *non in solo pane vivit homo, sed in omni Verbo Dei.* Nam dum omnem sibi ferè victum subtraheret, plus tamen omnibus laboravit. Venias de nocte, aut, si privatim posuit, in die fecit permultas. Ad tertiam usqne stabat frequentissimè. In consecrandis verò Ecclesiis, vel Altariis, quasi plenus spiritu, infremuit totus; quia ferventi semper devotionis amore, quidquid erat Ecclesiasticum, peregit. Mirabamur omnes subtilitatis ejus inexsuperabiles vires. Quia, nobis penitus penitusque lassis, solus laborabat.

Ut autem Missarum ad solennia ventum est, confestim totus lacrymis manabat. Librum **) ubivis reperit, statim perscrutari diligentissimè studuit: & quidquid diebus tanquam percurrendo carperet, id noctibus pleniter ruminaret. Si quando in expeditione, sicut sæpius, aut in itinere fuit, licet multum fatigatus, non tamen aut cibum idcircò lautius sumpsit, aut in lecto quievit. Summæ ejus deliciæ, aut fructus fuerunt, aut herbæ. Omnem vitam & conversationem suam, quantum potuit abscondit: sive fuit cum hoste in campo, sive privatim

*) Pro, *Velut.*
**) *Ubicunque.*

tim in domo, lectum suum modica circundabat cortina, *) ibique solus vel legeret, vel scriberet. A media semper nocte, sicut ait Propheta, ad Officium surgebat matutinale, nisi rarò parceret debilitati filiæ sibi commissæ, scilicet gloriosæ Dominæ Matildæ, nam mater omnium Virtutum discretio regnabat in ipso. O felicem illam, cui talis, tam providus semper assidebat pædagogus, non tanquam homo providus, sed ut providi consilii Angelus! Nunquam, ut arbitror, astante illo, aut defraudata est, aut decepta.

Mirè mirandum, dum totam quandoque staret diem, cum secularibus in consiliis plurimis & diversis, non est mente abalienatus, sed divinum semper aliquid intus agitabat, & contemplabatur cœlestia. Milites domus illius, tametsi nimium seculares, in illum tamen respexerunt omnes; plus ipsum, quàm naturalem Dominam metuentes. In expeditionibus, & in cameris, inter quæque colloquia, vel consilia, aut prædicavit, aut quælibet bona verba protulit. Quod suum fideliter sequuti sunt consilium, sicut eis prædixit, sic & sæpius illis evenit. Si non omnes prorsus convertit, fideliores tamen plures Deo ac Dominæ ipsorum reservavit. Omnes verò à multis sæpè sceleribus coërcuit, contra hæteticos stare fecit, præter filios tenebrarum perpaucos.

Religiosos omnes venerabatur ut Patres; increpavit delinquentes; & hæreticum hominem secundò aut tertiò correptum, sed non correctum,

*) *Ut ibi.*

devitavit. Per singulas Ecclesias in omni supra dictæ sæpius Dominæ terrâ, regularem Clericorum vel Monachorum composuit vitam: qui, & malle se inquit, ut in Ecclesiâ nullus esset vel Clericus, vel Monachus, quàm irregularis, ut ita dicam, & irreligiosus. In divinis siquidem officiis, quo affectu, quàve contritione fuerit, non sufficio *) deponere.

Nihil in Ecclesia legere permisit, præter Orthodoxorum Patrum scripturas, sicut sancta præcipit auctoritas. Ordinem & concordiam tam in cantu, quàm in lectionibus, prout sancti Patres statuêre, conatus est observare. Apocrypha omnia, sicut Beatissimus Papa Leo constituit, in Ecclesiæ non recepit officio: pro lectione tamen privatim in mensa, vel collatione, non respuit omnino.

Psalmos quidem ut cautè ac meditatim cantaremus, præcepit, alioquin asperè increpavit. Novit Deus, quoniam videbar mihimet aliquando tanquam plenus spiritu ex ipsius aspectu, & quasi mei oblitus, videbatur ille mihi velut Angelus. Inter divina mysteria nunquam, vel raro sedebat. Missarum solennia nunquam, prout percipere potuimus, sine lacrymis explevit. Ante omnia verò id studii semper habuit, quatenus primum magistrum suum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeò ut discrepare ab illo prorsus nollet etiam in aliquo. Illius semper meritis attribuit, quidquid in ipso fuit.

Dum vitam rememoravit monasticam & solitariam,

*) *Exponere.*

riam, quam ſe crebro deflevit amiſiſſe, conſolatus in eodem magiſtro eſt, quia obediens ſibi usque ad id factus eſt. Ille fons erat; hic, quaſi rivus bonus ab illo fluebat, & aridam irrigabat. Ille caput, totum corpus gubernabat; iſte quaſi manus ſtudioſa, quod injunctum eſt, peragebat. Ille ſicut ſol illuminavit omnia: iſte, velut ſplendor declaravit ſingula. Ille moriens, mitram capitis ſui transmiſit iſti, tanquam poteſtatem ſuam ligandi & ſolvendi, ſed, miracula, credo, faciendi.

Nam non multò poſt cognoſcentibus nobis omnibus, per ipſius conſilium, & fidem magnam, præclara quædam fecit Deus per eandem mitram mirabilia. Inter alia enim reverendiſſimus Dominus Ubaldus, Mantuanus ſcilicet Epiſcopus, multis jam annis graviſſimè ſpleneticus, toto corpore ulceratus, præſertim in cruribus, ſic, ut vix quomodolibet ſtare poſſet, vix etiam jacere, vel ſedere, qui & multa in medicos erogaverat, nihilque profecerat: appoſita eadem mitra ubi major ingruerat dolor, priſtinæ redditus eſt ſanitati.

Beatiſſimus itaque talis ac tantus Magiſter, miracula fecit multa vivus & mortuus, fecit ſiquidem & bonus diſcipulus. Magiſter, inquam, in Deo: diſcipulus in Deo; & in Beatiſſimo magiſtro facit, ut dicitur, plura diſcipulus. Nec mirum. Plura enim Petrus fecit, quàm Chriſtus: non equidem propria virtute, ſed quia abnegans ſemetipſum, ſecutus eſt Chriſtum, ſicut & hic Pater noſter venerabilis; quia pium imitatus eſt omnibus magiſtrum, multas operatur virtutes. Multi enim ſunt,

quorum vitam novimus ſanctiſſimam; qui & requiem verè obtinent ſempiternam; ſed miraculorum non oſtenderunt virtutem. Hic autem non tantùm; quia vitam fecit religioſam, imò, quia fidelem peregit obedientiam; perfecto quoque odio partem odiens excommunicatorum, & unitatem diligens atque defendens Catholicorum, miraculis approbat, quod ſermone docebat. Omnes ergò, qui in unitate Catholica præceptis Domni Papæ Gregorii hactenus obediſtis, gaudete & exultate; atque his, qui retrorſum abierunt, & veſtigia veritatis dereliquerunt, ut factis modò credant, dicite, quod verbis olim noluêre.

I. Vidimus *) præſentes in vita ipſius Subdiaconum ejus, nomine Tentonem, qui infirmos ſemper habebat oculos; qui, etſi præter ſolitum quid vigilavit interdum, aut bibit fortè vinum, diu poſtridie vix quidquam potuit videre, legere verò prorſus aliquandiu non potuit. Aquam itaque, qua manus ſuas Domnus Epiſcopus poſt ſacrificium abluit, accepit, oculos lavit; & ſanos abinceps habuit. Vigilare ac legere non minus nobis aliis potuit.

II. Similiter & Presbyter ejus Wido febres patiens, aquam ablutionis manum ejus accepit, bibit & evaſit.

III. Item Joannes Diaconus ſuus, dum apud Mediolanum infitmaretur, feſtinavit ſibi mandare, hoc addens in legatione, quòd mox audita ipſius paſſione, vellet in ſe virtutem benedictionis ſuæ ſentire; factumque eſt, ut credidit, ſtatim enim ſen-

*) *S. Anſelmi Epiſcopi miraculum Primum.*

ſenſit; pauloque poſt pleniter evaſit, quem & Presbyterum poſtea idem Dominus Epiſcopus ordinavit.

IV. Supra dictam quoque ſibi commiſſam filiam, ſcilicet nobiliſſimam Dominam Matildam diverſis ſæpe ab infirmitatibus ſanavit ſola benedictione, &, ut ipſa nobis conſueverat referre, virtutem frequenter ab illo ſenſit exire, ita ut ad tactum illius fugeret omnis tunc incumbens morbus.

V. Cogitationes hominum evidenter cognovit interdum, ipſisque cogitantibus ſic & ſic, inquit, tali hora, talique in loco cogitaſtis.

VI. Teſtis mihi Deus eſt, quod non mentior; quia dum ſemel cum illo de meis peccatis, ſicut ſæpe ſolitus eram, conferrem, quandam tentationem, qua tunc ferventius me ſpiritus nequam conabatur impugnare, confeſſus dixi; & ipſe, verum, inquit, dicis: quia, in ipſo etiam miniſterio altaris interdum occurrit tibi. Quod ut audivi, mox expavi, & ab omni deinceps prava cogitatione, præſertim illo præſente, ſtudebam me coërcere. Inter Miſſarum quidem ſanctas celebrationes, talia maximè conſuevit videre: qui etiam id ſemper ſtudii habuit, ut quotidie Miſſas celebraret. At, ſi die aliqua non celebravit, quod rariſſimè tamen aliquo accidit impedimento, tota die illa, triſtior erat, & quaſi gravis pernimium; ſicut & illam quoque noctem, dum nimiis ex vigiliis coactus dormivit aliquantulum, gravem & inquietam deploravit.

VII. Revelationes quoque dignè memorandas

vidit sæpissimè; quarum aliquas libet breviter perstringere, quodam enim tempore, dum in Ecclesia S. Pauli in territorio Mantuano, juxta Episcopium, consecraret quoddam altare ad honorem S. MARIÆ, vidit ipsam corporeis oculis in eodem altari inter ipsa solennia consecrationis.

VIII. Alio quoque tempore in Purificatione ejusdem gloriosæ Virginis MARIÆ, dum tardior ad Ecclesiam veniret, cantantibus jam Clericis Invitatorium, ubi ait, *occurrens Deo suo*, vidit intranti sibi Christum venire in occursum.

IX. Altera verò vice quadam, dum in magna compunctione cordis & lacrymarum decantaret Psalmum 81. utpote, *Inclina Domine aurem tuam*, sensit Dominum ad se inclinatum, & tanquam aurem adhibere ad auscultandum. Multa quippe & alia fecit atque vidit, quibus festinantes modò supersedemus.

Postremò, quam felicem fecerit finem, multi Episcopi & Clerici, nobilioresque Laici præsentes viderunt. Testamentum non fecit: quia, unde faceret, non habuit, imitatus etiam in hoc magistrum, quem pauperem, & in exilio novimus defunctum, qui etiam in extremis suis, sicut ab ipsius Capellanis didicimus, *) religionis; *Post omnia*, inquit, *dilexi justitiam & odio habui iniquitatem, idcirco morior in exilio.* Equidem quod in vita sua magister ac discipulus docuerunt, hoc & in morte quasi testamento confirmaverunt. Ille, quos obedientes sibi vivens adhuc benedixit, moriens quoque

*) *Religiosis.*

que Domino precibus commendavit: Heinricianos verò penitus penitusque, nisi post magnam demum conversionem & pœnitentiam, reprobavit. Hic præsentibus nobis in verbo Domini præcepit, ut in fide ac doctrina Beatissimi Papæ Gregorii permaneamus. Quod & cum benedictione nobis indidit, & in remissionem peccatorum nostrorum commendavit.

X. Affuit huic benedictioni quædam matrona nomine Berta, nobilis genere, nobilior mentis indole, animique devotione, uxor Clarissimi Comitis Bernardi, quæ insolitam in capite patiebatur infirmitatem. Nam tanta in vertice capitis fatigabatur frigiditate, ut quasi glaciem superpositam æstimare interdum posset; quam calefactis ad ignem pellibus aut pulvinaribus sæpe conabatur depellere: sed & medicis exquisitis plurimis, nullam consecuta est sanitatem. Quod si frigus eam, aut ventus ibidem aliquando tetigit, dum fortasse improvida dormivit, non cooperto diligenter capite, vehementi vexabatur dolore, ut quasi vertentes vel exilientes oculos timeret, & tanquam contractis colli nervis, caput flectere non posset. Hæc, inquam, venerat illo quadragesimali tempore ad civitatem Mantuam ad Comitissam Matildam, ut tam venerabilis Episcopi sanctum & quotidianum audiret officium. Unde accidit, ut in extremis ejus ad benedictionem, quam prædiximus, citius multis aliis occurreret: quæ, dum benedictionem ab ipso, devotissima expeteret, manum ille capiti ejus imposuit, & expulso mox insanabili fri-

frigore, calorem illa ſaluberrimum recepit, & exeunte ſudore, atque aliquantula ſanie per auriculas ejus, usque ad octavas Paſchæ ſublata eſt omnis occaſio infirmitatis. Quanta deinceps ſigna clariſſima Deus per ipſum ſit operatus, quid mea refert dicere, dum conſtet perplurimos præſentialiter omnia vidiſſe?

XI. Rogavit itaque, quoad vixit, quatenus in Capitulo Monaſterii S. Benedicti, quod eſt in ripa fluminis Eridani, ſub obedientia ſacri Cluniacenſis Cœnobii, unde frater ipſe ac Monachus fuit, ſepulturæ commendaretur; *) &, cum, concedentibus Epiſcopo, atque Comitiſſa, cæterisque omnibus, jam deferretur ad Monaſterium corpus, affuit ſubito**) Sutrienſis Epiſcopus nomine Bonizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitavit, ut clamaret dignum eſſe, ut in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta inquit, lucerna, non decet, ut abſcondatur: Ipſe adhuc vivens tanquam indignum ſe humiliavit, nos autem, ut verè dignum exaltare oportet hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum. Acclamatum eſt idem ſtatim ab univerſis, rapiturque à Monachorum obſequiis; in Epiſcopium defertur, ibique venerabiliter ſepelitur. Mirabamur hoc quaſi magnum primò miraculum, neſcientibus, quod abinceps ſatis mirabilius erat futurum.

Nam & id quoq; tunc notavimus, quod & multi Epiſcopi & Cardinales, magna etiam multitudo militum, die obitus ſui, eandem in civitatem ve-

ne-

*) *Sequentia recitat Bar. Ao. 1086. n. 10.*

**) Bar. Sabinenſis *Epiſcopus Dominus Domnizo.*

nerant. Aderat ſiquidem Magalonenſis Epiſcopus, nomine Godefridus, & Benedictus Mutinenſis Epiſcopus, atque Aribertus Regienſis Epiſcopus, & ejusdem civitatis Epiſcopus, ſcilicet Mantuanus. Ubaldus vocitatus; ſed & Damianus, Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, qui & Abbas Nonantulenſis Cœnobii.

Hi omnes ad audiendam ejus ſapientiam, ad capiendum ipſius conſilium, ſicut ſæpe ipſi ac cæteri Catholici conſueverant, advenerunt. Sutrienſis quoque pridie tantum receſſerat, ſed mox, poſt transmigrationem ipſius, eodem die affuit opportunus. Iſti, inquam, & alii perplurimi, majores ac minores interfuêre, qui & ipſius tranſitum viderunt, & clara miracula poſt obitum ejus præſentes cognoverunt.

Igitur *) Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti M.LXXXVI. Epiſcopatus verò ſui Anno XIII. Indictione nona, finitis jam annis ſeptem excommunicationis Heinrici quondam Regis; poſt tranſitum autem feliciſſimi Papæ Gregorii VII. menſes novem, dies viginti tres, obdormivit in Domino venerabilis Dominus & Pater noſter ANSELMUS Lucenſis Epiſcopus, XI. Kalend. Aprilis, in civitate Mantua, præſidente reverendiſſimo Epiſcopo Ubaldo, atque dominante ibidem nobiliſſima Duce ac Marchioniſſa Matilda. XII. **) Tertia itaque nocte poſt ſanctiſſimi Patris venerandam dormitionem; quædam contracta, quæ una ſemper manu, & poſterioribus per terram ſer-

*) *Recitat hæc Bar. Ao. 1086. n. 9.*
**) *Recitat hæc Bar. Ao. 1086. num. 11.*

ſerpebat potius, quàm gradiebatur; quæ etiam in domo nepotis Epiſcopi annum unum & duos menſes, ac dimidium manſerat apud prædicti Patris tumbam, meritis ipſius ſana erecta eſt in prima noctis vigilia.

XIII. Sequenti verò die, circa tertiam, ut viſum eſt, horam, fertur, quod quædam à nativitate cæca ibidem fuerit illuminata, quam Brixienſis Comitatus incolam tunc audivimus.

XIV. Eodem quippe die quaſi hora ſexta, pauper quidam in hoſpitio pauperum prædicti Præſulis Mantuani, aliquanto tempore eleemoſynis ſuſtentatus, à renibus usque curuus, ad ejusdem ſancti Patris ſepulchrum orans, ſubitò ſe ſanum erexit.

XV. Divulgatis itaque longè lateque talibus miraculis, ecce mulier quædam de Caſtello, quod CAPITELLUM dicitur, quæ viſum penitus amiſerat, cœpit virum ſuum flagitare, ut ad ſancti viri corpus eam perduceret. Illo verò negante, frater ejus miſericordia motus, junctisque bobus plauſtro, cœpit eam deferre. Dum autem duobus milliariis perrexiſſet, incepit arbores & plauſtrum, & boves, cæteraque jam omnia videre, quæ gratias Deo, ejusque ſancto Confeſſori agens, votum de paupertate ſua faciens, domum reverſa eſt.

XVI. Die nona erat in eodem Caſtro alia quædam cruribus ac renibus contracta, quæ nulla ex neceſſitate, lectum ſuum per ſe potuit exire. Hæc, apud civem quendam Mantuanum, qui venerat illò, precibus impetravit, quòd impoſitam plau-

ſtro

ſtro ſuo ad urbem detulit, & ad tumulum ſancti Præſulis humeris ſuis portavit: quæ facta aliquanta oratione, paulò poſt ſana ſurrexit.

XVII. Die undecima, quædam etiam de Caſtello, quod Goudium dicitur, menſibus tunc viginti privata luminibus, biduo jejuna juxta corpus ſanctum demorans, priſtinam luminum claritatem recepit.

XVIII. Die quinta decima, altera quædam de Caſtello, ut dicitur, Lazeſe, manu & pede contracta, ore contorto, morbo caduco graviſſimè vexata, ibidem aliquandiu patiens plenam recuperavit ſanitatem.

XIX. Die ſexta decima deinde aſtantibus nobis pariter cum glorioſiſſima Domina Matilda, & pſallentibus in die ſancto Paraſceve, adveniens quædam de loco, qui Coloniole, quæ viſum perdiderat, flens & ejulans, devotiſſimè faciens venias, & poſt aliqua ſurgens, oculos ad tapetum ſepulcri terſit, viſumque recepit.

XX. Die decima octava, mulier etiam una ejusdem civitatis non ignota, dentium dolore ac viſcerum torquebatur: quæ confugiens ad prædicti Confeſſoris ſepulchrum, ſana mox facta eſt.

XXI. Altera quævis de oppido, quod CASTELLUCULE appellatur, adeò infirmata eſt, ut à lecto ſurgere non poſſet ullo modo. Hæc, auditis tot miraculis, votum fecit, pauloq; poſt evaſit, atque octava die pedibus ſuis ad ſancti viri tumbam veniens, votum ipſamet perſolvit.

XXII. Die vigeſima prima, erat inſuper civis

Man-

Mantuanus, qui ſuperveniente albugine, unius oculi viſum amiſerat. Multa itaque in medicos expendens, nihilque proficiens, ad verum medicum ſalutis, per merita ſupradicti Præſulis ſanctiſſimi confugit, viſumque recuperavit.

XXIII. Die vigeſima tertia, poſt hæc puer unus de Villa, Vadum ferratum appellata, quem *) arthetica officio brachiorum privaverat, ad idem Oratorium delatus, ſanitatem recepit.

XXIV. Die vigeſima quarta; alius etiam puer de Burbaſſic, lumine privatus oculorum, & quaſi hydropiſim perpeſſus, admonitus ſæpe in ſomnis tandem ad ſanctiſſimi Patris patrocinia confugit & evaſit.

XXV. Die trigeſima prima. Fuit Presbyter de Epiſcopatu Brixienſi de Caſtro nomine Gorelengo, cui malum id, quod per antiphraſin homines BONUM appellant unius oculi lumen abſtulerat, qui audita tantorum ſignorum fama, ad ſanctum ſepulchrum properavit, facta verò ibidem oratione reverſus eſt, & quavis prurigine, dum erat in via incitatus, oculum digito fricavit, apertisque mox palpebris clara vidit. Regreſſus ergò ad civitatem, gratias coram omnibus tam pio retulit patrocinio.

XXVI. Nocte ſequenti trigeſimum primum diem; quædam autem de Caſtello nomine Maratica, juxta portum Lignacum in Comitatu Veronenſi, habens ſiniſtram manum clauſam, ſed & totam partem illam gutta Paralytica perditam. Hæc trigeſimo die

*) *Atritica, opinor.*

die obitus ejusdem S. Præsulis, ipsius ad tumbam orans, sana surrexit.

XXVII. De comitatu quoque Mediolanensi, de plebe Rosade quidam claudus advenerat, qui & multa jam sanctorum limina sic contractus sanitatem expetens circuibat. Hic ad sanctum tumulum proruens, orationem faciens, sanus continuò factus est.

XXVIII. Die trigesimo nono accidit deinde, quod in multorum oculis jucundum fuit & mirabile. Nam in Litaniis, quæ Gregorianæ appellantur, dum innumerabilis hominum multitudo, ad supra dictam civitatem Mantuam concurreret; quidam de Villa nomine Fornicata, & alia, quæ Blittolo dicitur, cum vexillis & *) sanctuariis, sicut est consuetudo, venientes, & secus viam conspicientes cervam unam magnam, admoniti à quodam ipsorum Presbytero, cœperunt omnipotentiam Dei invocare, quatenus meritis sanctissimi sui Sacerdotis, ad quem devotè pergebant, illæsamque eis ipsam concederet, quod & sic factum est. Nam, quasi fixa loco, stetit quieta. At illi misso in collum ejus quodam funiculo, ad usque sepulcrum venerandi Confessoris, mansuetissimè perduxerunt. Factus est itaque inæstimabilis turbæ concursus. Alii pilos ipsius; tanquam veritatis indicium, rapuerunt. Alii tantum videre cupierunt: omnes autem æquanimiter mirati sunt. Sed, quia erat gravida, tantam sustinere pressuram non potuit, ad sepulcrum tamen pervenit, ibique succubuit; & paulò post, dum vivere non posset, occisa est; cujus caro in benedi-

*) *Reliquiis.*

dictionem diversas per partes divisa est, quæ multis certè infirmis pristinam reddidit sanitatem. Sed non minus laudabile ac gloriosum est, quod sequitur.

Revertentibus enim eisdem post completam orationem, quandam ad aquam venerunt, quam, nisi navigio, transire non potuerunt. Ut autem manifestarentur opera Dei, navis alteram in partem traducta est. Diu ergò exspectantes, & aliquantulum tristes, eo quod jejuni erant, ac fatigati, recordantes prioris miraculi, iterum invocaverunt Deum, ut per merita sui sancti Confessoris ANSELMI transeundi daret consilium. Vix precibus completis, & ecce navis dissoluta, absque omni remige venit ad eos. Gratias itaque referentes Deo, ejusque Confessori sanctissimo, omnes transierunt incolumes, cujus ex navis ligno diversis de doloribus perplurimi sanati sunt.

XXIX. Nosse etiam volumus sanctum desiderium vestrum, quod non aliunde didicimus, verum ipsi vidimus & fecimus. Erat in obsidione cujusdam Castelli veneranda, quam prædiximus, Comitissa, ubi Theutonicus quidam ictu petræ vulneratus est in capite; qui triduo post deductus est nostrum in hospitium, quatenus ibi meliorem, quàm apud Laicos, haberet tranquillitatem. Hunc deinde Gutta, quam Paralysin Medici vocant, tam crudeliter invasit, quod amens penitus factus est, adeò, ut nihil sanè sentiret, neminem cognosceret. Vocati sumus denique & nos; quatenus injuncta ei pœnitentia communionem daremus. Sed neque pœnitentia

tia quid esset, potuimus ei innotescere. Postremò, nec quid Deus esset, potuimus eum facere agnoscere, aut Deum vel aliquem sanctorum invocare. Æstimabamus certissimè, dæmonium illum habere. Vociferabatur enim, ut assolent insani; clamore valido inconvenientia multa; & nisi teneretur violenter, non solùm vestimenta, verùm etiam discerpsisset membra. Auditur undique clamor, accurrunt plurimi, alii plangentes, alii admirantes. Audivimus quoque nos in camera ipsius Dominæ, lamentabilem illius vocem, quæ divino compuncta instinctu, ait ad me; ut annulum, qui S. ANSELMI fuerat, quem etiam Beatus Papa Gregorius aliquandiu habebat, in aqua lavarent, quam bibendam,*) sibi porrigerem, sperans, quòd meritis ipsorum liberaretur. Surgens ergò, & accepto annulo, perrexi ad eum, quem inveni miro modo vociferantem, ac se ipsum discerpentem.

Nam licet eum quinque viri fortes tenerent; duo per crura, duoque per brachia, & unus in capite; luctabatur tamen pectore ac ventre magis, quàm crederem, nisi præsens vidissem. Accepta itaque aqua, annulum intus in nomine Domini posuimus, & aperto ejus ore in magna violentia cum cocleario parumper eum vix primò potavimus; qui non multo post vocavit me ex nomine, atque incepit vocem meam agnoscere, & admonitus continuò invocavit S. ANSELMUM; &, ut breviter dicam, post unam, ut æstimo, horam, meritis sanctorum Confessorum, qui eodem annulo

*) *Ægro nimirum.*

in divino utebantur officio, requievit mansuetissimè, & loquebatur rectè. Huic nempe miraculo multi intererant, qui præsentes viderunt & audierunt, atque misericordiam Dei in suis sanctis Confessoribus glorificaverunt.

Hæc de Beatissimo Patrono nostro sancto ANSELMO Lucensi Episcopo perpauca quidem, quantum ad ipsius merita, sed vestris, spero, piis desideriis proficientia. Ego B. peccator Presbyter suus in Pœnitentia, non dico filius, sed servus, ab ipso multis cum lacrymis ad eundem ordinem promotus, venerabiliter vobis expetentibus explicavi devotus. Precor vos, orate pro me.

Quæ sequuntur à recentioribus conscripta sunt, sicut ipsi aut viderunt, aut â fidelibus intellexerunt.

XXX. Quadragesimo nono die à sancti Viri transitu, sole jam occidente, per famulum suum dignatus est Dominus ostendere & hoc miraculum. Venit ad tumulum sanctissimi Patris nostri quædam de Episcopatu Cremonensi, de ora illa, quæ dicitur CANCER, cui albulum unius oculi lumen penitus abstulerat: alteri verò vix in die videndi facultas erat. Quæ orationibus aliquandiu insistens, meritis sancti Præsulis cæcati oculi claritatem recepit, alteri autem, cui meridies ad videndum antea vix suffecit, nunc crepusculum noctis obedit.

XXXI. Convenerat ad Urbem Mantuanam pro veneratione sancti viri multitudo magna, de civitate

tate & Episcopatu Brixiæ. Inter quos erant quidam sub obtentu religionis, imò causa simulationis. Ad quorum incredulitatem confutandam, & ad credentium, qui ibi aderant, fidem corroborandam, Dominus omnipotens suam ostendit misericordiam: quidam enim senex de familia Manifredi, de loco, qui dicitur Pigognata, ob incisionem unius genu, accedente quoque alteri *) gutta, occasione hujus incisionis officio pedum tribus mensibus caruerat: qui meritis Beatissimi ANSELMI pristinæ restitutus est sanitati die quinquagesimo ipsius obitus.

XXXII. Dominæ Matildæ Ubaldus Mantuanus Episcopus gaudium & lætitiam.

Immenso **) desiderio vestro desideratam scribimus lætitiam. Fuit quædam de Capriana, quæ, velut animal, manibus & pedibus incedebat, quam Deus omnipotens per merita sanctissimi Patris nostri erexit, & ad iter tantum officio pedum, sicut hominis natura expetit, frui concessit.

XXXIII. Simile etiam remedium cuidam de Insula Parmensi, quæ est juxta caput Parmulæ, similiter incurvato, conferre dignatus est.

XXXIV. Præterea puer quidam de monte Claro, manum & pedem contractum habebat, cui Deus utrumque precibus Beatissimi Præsulis ad certum usum restituit.

XXXV. Nec non mulieri cuidam de loco, qui dicitur

*) *apoplexia.*
**) *Recitat hanc Epistolam Bar. 1086. N. 12.*

citur Insula *) Ogeru, quæ manum aridam habebat, per ejusdem Patroni nostri intercessionem optata salus advenit.

XXXVI. Cuidam quoque puero de **) Ripalta visum reddidit.

XXXVII. Quædam similiter de Episcopatu Veronensi, cùm jam Civitati nostræ appropinquaret, oculorum claritatem recepit.

XXXVIII. Quidam etiam de ***) Plevazano, cujus calcanei natibus indissolubiliter adhærebant, pristinæ restitutus est sanitati, quem Domino & religioso viro Lugdunensi Archiepiscopo ostendimus, & locum denotavimus, ubi calcanei juncti fuerant. Quæ multi ex Episcopatu Brixiæ & Veronæ, diversisque aliis partibus; qui convenerant pro veneratione viri in Vigilia Ascensionis Domini videntes fieri, conversi sunt ad Dominum, abrenunciantes diabolo & sequacibus, & promittentes se prius ad effusionem sanguinis perventuros, si ad id periculi devenirent, quàm ab hac fide deficerent. Hæc omnia in Vigilia Ascensionis Domini, & in sequenti nocte facta sunt: & multa alia, quæ præ multitudine invenire non potuimus; quæ si invenerimus, vobis scribemus. †)

XXXIX. Erat præterea quædam de Castello, cui nomen est Gudiciole, quæ pede ex contractione genu terram attingere non valens, incedendo curva vix duobus baculis infirmos sustentabat artus.

Hæc

*) Bar. *Egeni*
**) Bar. *Ribalta.*
***) Bar. *Plenizano.*
†) *Hucusque epistola Ubaldi.*

Hæc aliquot diebus sancti Pontificis postulans misericordiam, consecuta est suæ infirmitatis salubrem medelam.

XL. Fuit pariter vir quidam nobilis genere Adecherius nomine, cui biduo sanguine è naribus erumpente, velut de vena ferro percussa, de sola mortis exspectatione jam cogitabat. Sed cum jam nulla medicorum adhibita cura perrumpentem sanguinem valebat restringere, interpellans sanctum Pontificem, atque ad ipsius corpus se venturum devorans, instantis mortis evasit periculum, meritis & precibus sanctissimi Viri.

XLI. *) Miraculorum quædam vel oblivioni tradita, vel antea incognita, nunc verò comperta, notitiæ vestræ præsentare cupio. Remeantes cum gaudio Brixienses, de quibus nuper scripsi vobis, cùm jam perventum esset ad vadum, quod paululum est supra Godium; non reperta ulla navi, nullam in corde suo tulerunt molestiam; omnem in Deo, & S. ANSELMO ponentes fiduciam. Moram itaque facientibus, quodam equo ex alia parte fluminis viso, qui moriens & exhalans absque cibo & potu per triduum ibi jacuerat, quidam ex eis indubitanter rogavit Deum & S. ANSELMUM, ut surgeret, & omnes transveheret, qui mox surrexit, & ad transferendum eos se obtulit.

Ecce, quam magnifica Patris nostri merita. Ecce quam imperiosa potentia. Mortis lex frangitur, sua jura mutari, queritur, obnoxius morti eri-

*) *Epistola altera, Ubaldi Episcopi Mantuani, ad eandem illustriss. Dominam Mathildam.*

eripitur, vitæ conceditur, vita reparatur, ut servis Dei obsequatur; &, qui se ferre non poterat, ad ferendum onus præparavit, & tam famulanter ad parendum se offert, quasi ratione non careret. Velle dicere videtur; si natura pateretur, cur me non ascenditis? cur me ad servitium vestrum non exercetis? Non sum ob aliud vitæ concessus, mortisque faucibus ereptus. Interea quidam nautæ videntes illos apud ripam manentes, navigio, ad transvehendum illos, advenêre, sperantes se ab eis precium habere posse. Quam navem intraverunt, & feliciter transierunt. Ecce quantum equus laborabat, ut se obedientem exhibeat; & quantum nititur, ut obsequendi voluntas manifestetur. Sed quod ore non loquitur, hoc gestu corporis profitetur. Transgrediente quippe navi transgreditur, revertente quoque illa, revertitur. Postremum transvectis omnibus, ad locum, unde venerat, perrexit, ibique paulò post vitam finivit.

XLII. Fuit puer quidam Cremoniensis à compluribus vicinis suis ad tumbam sancti Viri allatus, qui manum aridam habebat, ejus salutem reverenter & confidenter, & præ magna confidentia, quasi minitanter postulabant dicentes; Piissime Præsul sancte ANSELME, Confessor Dei exaudi nos, pro famulo tuo orantes, si quid in vita â te meruimus, si prædicationem tuam fideliter accepimus, si fidem incorruptam servavimus, si contradicentibus tibi constanter restitimus, exaudi nos, adjuva eum, & libera; multos sanasti infidelibus, unum saltem concede fidelibus, ne fortè insultent nobis inimici ob-

objicientes ; Nunc apparet , quàm grati , quàm fidi ei in vita extitiſtis. Si vos in vita dilexiſſet, in morte quoque vos honorificaſſet : ſed quàm vos indignos , abominabiles, contemptibiles eſſe judicavit, à tanta gratia alienos vos fecit. Repelle à nobis piiſſime Pater hoc opprobrium ; & citò profer noſtrum gaudium. Monſtra te nobis propitium, in quem ſemper reſpeximus unicum, quem nobis inſpiciendum proponimus ſpeculum, à quo poſtulamus auxilium. Illis ergò tam devotè orantibus, quam rogabant ſalutem, eorum precibus eſt conſecutus,quam quidam Hermannus de Scorzariolo, qui manum ſimiliter contractam habebat, eſt adeptus.

Præterea *) mulier quædam, quæ humum cernua ſemper ſpectabat, quæ niſi fuſte ſuſtentata ire non valebat,apud tumulum memorati Patris,multis videntibus eſt erecta. Cujus locum non notavi, quia præ multitudine inveniri non potuit.

Tertia verò die Aſcenſionem Domini antecedente, duo facta ſunt mirabilia. Quædam enim Epiſcopatu Cremonæ, de loco , qui dicitur CASA ANSERII, quod per octo annos amiſerat, intercedente ſanctiſſimo Patrono , lumen recepit.

Ipſa quoque die, mulier quædam de Abbatia Leonenſi, dexteram habens aridam, quam contractis nervis brachii, ferè juxta humerum ſemper tenebat, contractoque genu ejusdem lateris humum digitis pedis ſummo tenus vix tangebat,

 apud

*) *Poſt hæc nulli amplius numeri in Apographo noſtro ſignantur.*

apud tumulum ſancti Patris noſtri, utriusque mali ſoſpitatem invenit.

Inter illa, quæ in Aſcenſione filii ſui Deus per famulum ſuum magnificè operatus eſt, mirabiliter admirandam ejus virtutem poſtea mihi declaratam ab eodem, cui ſalutis noſtræ Auctor ſuam contulit medicinam, deſiderio veſtro deſideranter notifico. Quidam enim fuit de villa veſtra, quæ eſt propè Roſinam, nomine Ciliano, qui non tam renum *) rectitudinem dolebat ſibi fuiſſe negatam, quàm manuum virtutem omninò ereptam. Adeò enim, gutta immaniter perurgente, tremebant, quod nihil agere, nihilque tenere valebat. Huic itaque per viſionem Dominus revelavit; quod ſi ad tumulum ſanctiſſimi ANSELMI ſe venturum reverenter voveret, utriusque infirmitatis ſalutem illicò ſe adeptum gauderet. Hic ergò evigilans, viſionem ſecum cogitans, neſcius quid ageret, ambiguus quid crederet, revelationis incredulus, ſalutis tamen cupidus, quosdam bonos homines ſuæ viciniæ ad ſe acciri fecit, narrataque viſione, vovendi ſe ab eis conſilium recepit, factoque voto, ſtatim convaluit.

Item mulier quædam de Foſſa, Capraria, **) renibus incuruata, pedum ſervitio privata, eorumque loco fuſtim auxilio diu potita, cum jam acceſſiſſet ad tumulum Patris noſtri, ſole jam decedente, tam gravis & variæ infirmitatis ſubitò ſoſpitatem recepit.

Quod mihi quædam matrona mulier honeſta, ma-

*) *Genuum.*
**) *Genibus.*

mater Joannis de Perſico retulit, vobis quoque referendum putavi. Hæc fide plena, Dei amore perfecta, ſanctiſſimi ANSELMI diſciplinis inſtituta, ſuorum Presbyterorum officium, propter excommunicationem ſpernens, quadam die dum à circumſtantibus quæreret, unde aliquem dignum, & ad celebrandam Miſſam idoneum habere poſſet, quidam de CASALE majore aſtans dixit; Cur veſtrorum Presbyterorum miniſterium contemnitis? Propter amorem, inquit, & prædicationem S. ANSELMI, pro cujus meritis Dominus omnipotens quotidie facit mirabilia. Qui dixit: Nunc vos deprecor, in toto corde rogetis eum; ut, ſi aliquem erexit, ſicut creditis, me contrahat: aut, ſi quem illuminavit, mihi lumen auferat. Vix finita prece, ultionem Dei ſenſit adeſſe; & continuò flectens ſe in latus, multum claudicare cœpit. Hæc autem videns hoc, cœpit intentius rogare Deum, ut adhuc augeret ſupplicium, ſuper incredulitatis filium, & confeſtim dolor tantum crevit, quod vix ad hoſpitium perrexit, & quaſi mortuus eſt relictus. Huic ergò matronæ venienti, ut gratias Deo & S. ANSELMO referret; quidam de monticulis Guiberti benè notus ei obvians, jam ab Urbe regrediens, magnum ſibi, quod contigerat, narravit miraculum. Quadam nocte cùm iviſſet ad flumen Oleum, ut hauriret aquam, porrecto uncino, quoniam ripa fuerat alta, decurſus aquæ ſibi ſitulam abſtulit, ablataque face, quoniam nox obſcura erat, cum videret à fluminis vertigine abduci, rogavit S. Anſelmum, ut eam ſibi redderet.

Facta

Facta autem prece, cum deposuisset uncinum, & vix duo brachia appropinquaret aquæ, continuò ansa situlæ se elevavit, & uncino se applicuit.

Per merita ejusdem sanctissimi Patris nostri quædam Monacha de ultramontanis partibus de Villa, quæ dicitur GAMUDIUM, juxta Castrum Cisne sita, unius oculi lumen recepit, & de altero, gratia Dei, nunc clarius videt, unde paululum videbat.

Quædam igitur mulier de Episcopatu Cremonensi, de Castro, nomine Benengo, quod est situm juxta JOVIS ALTAM, habebat puerum duodecim annorum; qui nondum à diebus nativitatis suæ, nervis contractis, noverat gressum. Hujus ergò salutis mater cupida, devotione plena, fide perfecta, eum se laturam ad Venerandum vovit; deferensque, jam fessa propter onus, cum accederet ad Marcham regiam, deposuit, cujus fide & devotione, qua semper caruerat, salutem mox invenit.

Præterea quædam mulier de Wartalda in somnis præmonita, revelationi credula, venit ad implorandum S. Patris nostri salutare suffragium, hæc, adeò hydropico morbo laborabat, quod se ferre non valebat. Ejus namque corpus tantùm intumuerat, quod se, quin creparet, vix continere poterat. Nec jam dicendum corpus, sed potius truncus; nec ulla hominis in ea videbatur species, sed tota deformis, & quædam mortis facies. Articuli enim manuum & pedum in solidum abierant. Nam si forma & oculorum orbitas perierant, mors po-

potius, quàm vita instabat, & de salute non desperabat. Dignum ergò fuit, ut sanctissimus ANSELMUS huic salutis tribueret gratiam, à quo tantam exspectabat medelam, quam sequente nocte lætatur se esse adeptam.

Sicut à Comite Guifredo & à Sigefredo de Beredo ejus milite modò didici, vobis scribo. Vobis, & Abbatissa S. Pauli di Parma, Mantuæ manentibus ejus milites, auditis multis signis de S. Viro, ad cujus venerandum tumulum ire volentes, orationis causa, rogaverunt quendam, nomine Albericum, filium Alberici de Palmia, ut secum iret pro delictorum suorum petenda venia; sicut, inquit, ore stulto, & livore pleno, irem ad asinum; ita vadam ad eum, nisi fortasse derisionis causa, ad ejus impertrandum auxilium. At illi redarguentes, & contumeliam inferentes, tandem, ut secum veniret, eum compulerunt. Extremo autem die, quidam contractus fuerat, quem ad tumbam prostratum videre cupientes, accesserunt, & reverenter orantes, tumulique lapidem osculati, lætantes redierunt. Ille autem, ut videret [eum] qui liberatus fuerat, pariter volens accedere, à sepulcro, tanquam indignus & blasphemus, duobus ferè passibus prohibetur, pedibus graviter & pigriter hærentibus. Hic verò credens crura sua fasciolis stricta, exuit; & comperiens id sibi non obfuisse, iterum intravit, ultra eundem terminum non valens pergere. Ipse autem dolens, sese toties esse repulsum, egressus est cum pudore, admirans & stupens, quamobrem id sibi contigerit. Interea cæcus quidam illumina-

natus eſt. Cognovit ergò ſuam ſtultitiam; &, malidicti pœnitens, flevit amarè. Denique cum Canonicis pro ferendis laudibus à S. Andreæ rediens, multis ante januam S. Petri profuſis lacrymis, ad tumulum Patris noſtri, ſicut cæteri, meruit accedere: quod, nec ſocii ad contumeliam ſibi objicerent, tacuit: ſed, nunc ad gloriam Dei, & ad ſanctiſſimi ANSELMI ubique prædicat, quod ſibi contigit.

Cum veniſſent aliquot Brixienſes ad venerandum tumulum Patris noſtri, obviaverunt cuidam pauperi ſimiliter venienti pro ſalute petenda de Epiſcopatu Cumano, de Valtelina; qui cernuus, niſi fuſtibus ſuſtentatus incedere non valebat: quem ſecum duxerunt, & pro charitate ſanctiſſimi ANSELMI commeatum ei dederunt. Ad quorum fidem confirmandam, & devotionem augendam, Dominus per interceſſionem prædicti Patris X. Kal. Junii nocte jam appropinquante, hunc erexit, & abſque baculorum ſuſtentatione ire conceſſit.

Præterea cuidam puero è diebus nativitatis ſuæ ſurdo & muto, paulò poſt migrationem ſanctiſſimi ANSELMI ejus meritis, nobis neſcientibus reddidit auditum. Huic verò ſecundo die intrantis menſis Junii circa nonam ejus lingulæ ſolvit vinculum, juxta illud, quod in Evangelio legitur; *Benè omnia fecit; ſurdos fecit audire, mutos loqui.*

Aliud *) quoque miraculum; quod Confratre Vitali Brixienſis Eccleſiæ Presbytero, religioſæ vitæ

*) *Ex Epiſt. cujuſdam Ugonis ad Mantuanum Epiſcopum.*

vitæ Viro, aliisque pluribus referentibus didici, Paternitati veſtræ, venerande Pater, Mantuane Pontifex, me Ugonem ſcribere, ut juſſiſti, non piguit. In Villa, cui nomen eſt Mutana, quæ à civitate Brixiæ ſeptem milliariis diſtat, mulier erat quædam, filiam habens, linguæ officio & pedum ita privatam, quod, niſi alio deferente, aliquomodo nullatenus ſurgere valebat, quæ, cum ex more portaret extra domum contractam filiam, tædio quotidiani laboris ſuſpirans, inquit; Piiſſime Deus, per merita ſanctiſſimi Confeſſoris tui ANSELMI, miſertus meæ tribulationis, aut miſeram hanc præmortuam ſanitati reſtitue, aut eam de præſenti vita auferendo me à tanto labore erue; alioquin hîc eam tibi relinquo. Fac, quod placet, quia nullum pro ea laborem patiar abinceps. Quo dicto, mox abiit, filia deſtituta, ut dixit. Modico autem facto temporis intervallo, domum remeans, quam ſanctiſſimo ANSELMO reliquerat, invenit ſanam. Et eam, quæ paulò ante linguæ ligatæ fuerat, audivit expeditè exprimere verba: quod factum mulier admirans & gaudens Domino, ſanctoque Præſuli reddidit laudes pro filiæ recepta ſanitate.

Presbytero quoque Ottone, laudabilis vitæ viro narrante, quibus, & Cremonenſibus civibus conteſtantibus, aliud cognovi miraculum, quod ſilentio minimè eſt prætereundum. Quadam die equitantibus extra civitatem aliquot Cremonenſium, cœperunt vario ſermone inter ſe referre quædam miraculorum; quæ Dominus operatur

me-

meritis ſanctiſſimi Confeſſoris ANSELMI. Cumque ad invicem hæc revolverunt, quidam eorum, ut mentis erat perfidæ, exprobando eis, interrogabat; an hujusmodi vanitates crederent; vel, quod Deus per eum miracula oſtenderet, quibus reſpondentibus; procul dubio hunc famulum Dei eſſe ſanctum, & multis miraculorum ſignis clarificatum: inquit ille perfidus, ſi eſt, ut dicitis, ſanctus; vel, ſi alicui reddidit greſſum, nunc contrahat, in quo ſedeo, equum: ſicque factum eſt. Nam paululum progreſſus, mox contractus ſtetit, cui inſidebat, equus; atque prædictus homo infirmitate præventus diu laboravit, donec ad ſanctum corpus ſuppliciter ire deſtinavit.

Quod etiam matre mea de ſe narrante cognovi, non eſt tradendum oblivioni. Die quadam ſubitò ſuperveniens gutta, ita unius oculi lumen ſanguine cooperuit, quod recto viſu terram etiam ſpectare non valuit. Urgente itaque eam oculi dolore, confugit ad S. Confeſſoris tumulum, ſuppliciter his verbis poſtulans ſuo dolori ſubſidium. Sanctiſſime Confeſſor, ſalubrem mihi confer medicinam, nam nullum, niſi te, quæram medicum. Tu enim meæ infirmitati ſalubre vales conferre ſubſidium. Confricato itaque oculo ad lapidem, quo tegitur ſancti corporis Arca, cùm remearet domum: *Huic ego ſum teſtis; mox noxia gutta receſſit.*

Relatione Confratris Vitalis, Laudenſis Eccleſiæ Presbyteri, in multorum audientia; ſicut & cætera, rem dignam memoria cognovi; qui, huic facto

cto præsens interfuit. Hujus fides & vita jam dudum in Dei rebus probata, fidem ejus testimonio adhibendam indubitanter demonstrat.

Arialdus, sanctissimi Confessoris ANSELMI frater, quandam habet quinque annorum filiam, quam febrium vis fatigabat: & insuper ex ipsius auriculæ foramine gutta, quam dicunt, fistulam generante, putredo quædam assiduè guttatim stillabat; quæ etiam approximantibus sibi fastidium generabat. Prædictæ puellæ parentes particula, quam habebant de ligno navis, lota, (cujus miraculum superius est prænotatum) aquam ablutionis suæ filiæ dederunt bibere, invocantes sanctissimum Confessorem, nepti suæ subvenire: qua hausta, præfata puella utraque infirmitate mox est liberata.

Rem, quam in præsentiarū enarro, sub Mathildæ Comitissæ narratione didici, & testimonio; cujus attestationi indubitanter credendum, cognovimus ex ipsius probata fide, religiosis moribus; quod etiam mihi pariter innotuit, asserente eâdem puella, cui hoc contigit: Nocte quadam repente dolor, ut sæpe, puellam Athelasiam nomine, Azonis Marchionis filiam existentem, in prædictæ Dominæ camera in parte ventris acriter torquens, magnos cogebat dare clamores. Interrogante autem prædicta Domina, quid ageret; responsum est, eam S. ANSELMUM frequenter sibi in auxilium invocare. Cumque ex præcepto ipsius Dominæ, pulvinar, in quo S. Præsul vivus solitus erat sedere, illi parti corporis, in qua dolor imminebat, fuisset impositum, mox clamavit puella; omni dolore se liberatam.

Viro quodam, Conſtantio nomine, aſſerente, rem cognovi præterea memoriæ commendandam. Superveniens infirmitas uni puero, cujusdam militis SCUTARIO in tantum vocem ſuffocaverat, quod ab aliquantulum à ſe remotis vix audiri poterat: Et quia Dominum ſuum clamore interclusæ vocis vocare non poterat, habebat cornu, cujus ſonitu, in quo eſſet loco, ſibi innuebat. Hic itaque cum prænominato Conſtantio ad S. Confesſoris tumulum, ſuffocatæ vocis devotè poſcens remedium; ita ſoſpitatem adeptus eſt vocis, quod nunc valet audiri à multum etiam remotis. Prædictus Conſtantius, completa devote oratione, pulverem de lapide ſepulcri ſancti Confeſſoris cum devotionis reverentia raſum, & à cuſtode reverenter ſuſceptum, ſecum detulit, quem aquæ miſtum, cuidam mulieri vi febrium nimium laboranti, invocato auxilio ſanctiſſimi Præſulis, ad potandum tribuit. Ut autem mulier aquæ potum hauſit, fugata omni paſſione febris, mox evaſit.

Vir quidam Mantuanæ civitatis civis, Oddo Martini Canevarii dictus, tanti doloris cogebatur anguſtia, quod frequenter præ dolore, totum corpus cooperiebatur ſudoris aqua. Et quia nimii doloris torquebatur inſtantia, dicebat ſe, hac ſola poſſe ſanari medicina, ſi veſtibus conſciſſis, permitteretur cultro findere & pectus. Cùm autem jam de ſola mortis exſpectatione cogitaret, allatum eſt pulvinar, in quo ſanctus Præſul in carne manens ſedebat. Quod ubi ipſius pectori fuit ſuperpoſitum, ſtatim diſceſſit omnis dolor.

Re-

Relatione Guidonis & Vitalis Lucensis Episcopatus honestæ vitæ Presbyteri, atque pariter sub testimonio Allucionis Lucanæ civitatis nobilis viri, rem, quam narro, cognovi, qui præsentes interfuerunt huic miraculo. Vir quidam manum juxta brachium contractam habebat, cui prædicti Allucionis frater ex pietate in domo sua necessaria longo tempore ministravit. Præfati verò Presbyteri, atque pariter jam nominatus Allucio confidentes maximè de misericordia sanctissimi præsulis, hominem manu contractum, ad quandam deduxerunt Ecclesiam, in qua prædictus Guido Præsulis pro reverentia ac honore condiderat vestimenta. Orantibus itaque illis unanimiter, atque postulantibus devotione multa, ut Deus ad confutandam, & superandam Petri hæretici & invasoris Lucanæ Ecclesiæ nequitiam, in hoc homine declararet sanctissimi Pontificis admirabilem gloriam; sanatus est homo, cujus manus erat contracta. Prædicti itaque Sacerdotes spectantes tam præclari facti lætitiam, ne Domini occultarentur magnalia, ex præcepto obedientiæ sanato homini jusserunt, elevata Cruce properare in Lucanam civitatem, ut populorum turbæ spectantes hunc Domini misericordia mirabiliter sanum, quem paulò ante noverant contractum, vel sic pœniterent; quia sanctum Præsulem sanctitatis vitam prædicantem, sine causa sede propria expulerunt: ut, qui verbis ipsius noluerunt credere, vel tam evidentibus operibus crederent. Sed Petrus hæreticus, qui etiam mittens manum in Christum Domini, non timuit

præſumere, ſanctum Pontificem de propria expellere ſede, & ſibi eam nefandè eripere, indurato corde, viſis ſignis & prodigiis adhuc perſeverat in incredulitate ſuæ nequitiæ. Conſiderans denique ille nefandus, hoc ad confuſionem & detrimentum ſui eveniſſe, tentavit ſanatum hominem in cuſtodia retrudere, volens hujus rei ſignum tali perfidia occultare. Sed, quia verbum Dei nunquam eſt alligatum, timens populum, in ſe hac de cauſa concitatum, confuſus permiſit abire, quem habebat recluſum.

Sub teſtimonio eorundem virorum pariter & aliud cognovi miraculum mirificè mirandum. Hominibus loci, cui nomen eſt Caſtellonium, diu alteque puteum fodientibus, venam aquæ nulla arte, nullo ingenio reperire poterant. Cùmque jam longo labore fatigati de aquæ inventione deſperantes inani opere vellent deficere, cœperunt ſe adhortari dicentes ad invicem: Inſtantia orationum & eleemoſynarum largitione, deprecemur unanimiter Dominum, ut meritis ſanctiſſimi Præſulis ANSELMI, nobis concedat aquam reperire, pro qua invenienda diu fruſtra inſudavimus. Facientibus itaque illis eleemoſynarum charitatem pauperibus, ſubitò advenit puer nuncians in puteo abundantiam aquæ repertam.

In literis Archidiaconi Tarviſinæ Eccleſiæ D. Mathildæ directis, & nuntii relatione, qui eas detulit, hæc res mihi pariter & multis aliis innotuit. Erat vir quidam Lanzo Judex nomine, Mediolanenſis genere, Tarviſinus habitatione, *) quem

ficus

ficus ægritudine vehementer virente, & guttæ morbo graviter eum in pedibus ferente, & gressu fuerat privatus, & requies somni penitus sibi nulla dabatur. Et quia, viribus jam deficientibus, in lecto vix se revolvere valebat, funiculus supra lectum fuerat ligatus, cujus adjutorio se mutabat in quodlibet latus. Die igitur quadam tractis suspiriis, & profusis lacrymis, cœpit orare his verbis: Deus meritis S. ANSELMI, cujus audio admirabilem gloriam, ostende in me etiam tuæ virtutis clementiam. Sancte Confessor, memento familiaritatis, quæ nos in scholis socios junxerat, prosint mihi, piissime Præsul, quod persæpe miscui tecum amicitiæ verba; ad venerandum tuum tumulum veniam, si præstas sanitatis lætitiam. Tota itaque proxima nocte, sopore somni arreptus, quievit usque in crastinum. Facto autem mane, sentiens se jam convalescere, mox incepit confidenter ire, sicque sancti Præsulis misericordia liberatus, nunc gaudet se optimè sospitatum.

Præterea adolescens quidam auditus & linguæ officio à Nativitate privatus fuerat, qui plus mensibus duobus nobiscum demorans suæ infirmitatis certam nobis & multis aliis dederat notitiam. Hic quater in somnis vidit sibi roganti sanctum Pontificem & aures juxta sanctum tumulum sibi aperiri, & vinculum linguæ pariter dissolvi. Veniens igitur, ut fuerat præmonitus, ad Sanctum corpus mugiens, & pectus tundens, pro viribus, sanctissimi Præsulis devotè poscebat præsidium. Aliquot itaque diebus insistens orationibus, & auditus consecutus est læti-

 tiam,

tiam, & diſtinctè loquendi plenam efficaciam; quod præſentes vidimus, & ferè cunctus populus noſtræ Urbis.

Præterea mulier quædam fuit longo tempore luce privata, quam, accedente gutta, ad tempus tantus dolor capitis vexabat, ut furioſa, præ anguſtia, propria roderet membra. Hæc utique hortatu & adjutorio Opizonis de Gonzaga ad ſancti Confeſſoris deducta tumulum, & guttæ liberatur anguſtia, & lucis pariter conſequuta eſt lætitiam. Cujus præteritæ infirmitatis prædictus Opizo adeſt teſtis, qui corporis alimenta ex pietate diu ſibi præbuit in domo ſua.

In prædio Canonicorum Beati Petri, in loco, cui nomen eſt Villa ſancti Laurentii, mulier fuerat quædam, cui naſus horribiliter intumuerat, & calor intrinſecus urens ſaniem emittebat. Hæc devotè ſanctum depoſcens Præſulem, conſecuta eſt deſideratam ſalutem.

Item quidam puer de Sacciula gaudio lucis privatus fuerat, qui rediens à Cremona ad ſancti Præſulis feſtinabat tumbam, à qua paucis diebus diſceſſerat. Properans itaque ſitienter ad Sancti remeare corpus, ad lapillos ſæpiſſimè allidebat pedes, utpote homo, qui ſibi adverſa nullatenus proſpicere valebat. Dolens ergò & gemens ſanctum Confeſſorem poſcebat ſuppliciter, ut calamitatem tantam dignaretur aſpicere. Taliter igitur oranti in via, dum veniebat, occurrit deſideratæ lucis medela.

Pariter quidam de Epiſcopatu Tarviſino, lumina

na ad proprium usum laxare nequibat: Hic quoque veniens ad venerandum tumulum, recepit optatæ lucis gaudium.

Puella quædam pariter fuerat in Villa, cui vulgaris usus indidit nomen Mairana, à civitate Brixia non multum remota. Huic & linguæ usus interclusus fuerat, & aliquot membrorum, præter manum dextram, suo officio fungi nequibat. Hanc miserabilis mater seminecem spectans, devota devovit, se eam delaturam ad sanctissimi Confessoris misericordiam, quasi altera Cananæa pro filia rogatura. Juxta igitur sui voti promissionem, parentibus eam deferentibus, puella in via & linguæ recepit officium, & omnium membrorum usum, quam juxta sanctum sepulchrum gratias referre Deo vidimus, & ipsius Patrem hujus rei dantem testimonium.

Convenientibus multis ad sanctum corpus, pro impetranda suæ infirmitatis medela, quidam quoque, de loco CARPUM nomine, ultra Athesim posito, portui de Lignano proximo adveniebat. Qui, manum habens contractam, & brachium ariditate invalidum, in ipso itinere recepit salutis beneficium.

Item cognovimus rem memoria dignam; narrante de se ipsa D. Matilda venerabili Comitissa, cujus testimonio fidem facit & fides ejus probatissima, & vita pariter religione plena. Præscripta Domina multis diebus febribus per nimium laboraverat, & capitis dolor vehemens ipsam fatigaverat. Cùm verò die quodam ex more Missarum

ſolenniis adeſſet, enitens, dum legebatur Evangelium, erectâ eſſe in pedibus, fatigata infirmitate, mox decidit. Aderat verò juxta ſe, ob reverentiam in Capella Epiſcopi lignea tabula poſita, in qua, exhalato ſpiritu ſanctum corpus ad funeris exequias lotum fuerat. Suppliciter igitur depoſcens ſancti Viri præſidium, ac per tabulam prædictam deducens frontem, ilicò liberata eſt capitis dolore.

Non multis poſt diebus transactis, non modicæ ſcabiei fracturæ ipſius Dominæ manus & corpus totum ferè immaniter repleverant. Cùm autem præ manibus haberet Epiſcopalem annulum, quo Dei Pontifex utebatur in Miſſarum celebrationibus, cœpit ſecum conferre, quòd merita tanti Præſulis poſſent ſibi ſubvenire, ad tactum etiam annuli, cum quo ipſe quàm plura ſacrificia Deo obtulit, ſicque ipſum annulum fracturis ſuperponens, ab ea die ſanata eſt ipſa invaletudine.

Paucis poſt diebus præteritis præfatæ Chriſtianiſſimæ Dominæ acies viſus adeò interturbata fuerat, quod de nocte lectioni ex more operam dare formidabat. Inter Miſſarum verò ſolennia tenente ea præ manibus unam orationum, quam ſanctus Pontifex eidem Dominæ propria manu ſcripſerat, in uſu orationis ſibi habendam chartam, qua continetur prædicta oratio ſcripta, oculis ſuperpoſuit, & abſterſit; & deinceps recepta lucis claritate, ut prius, nocte & die non expavit lectioni inſiſtere. Everardus quidam Francigena genere, Ordine Presbyter nobiſcum ſuperaderat; cui ambos minores digitos unius manus gutta ſubitò ſupervenien*s*

niens rigidos reddiderat, & partem palmi pariter & juncturam, qua manus brachio nodatur adeò arripuerat, quod ad nullius officii usum eam inflectere valebat. Et quia totius brachii vires etiam defecerant, corrigia in collo ligata suspensum brachium sustentabat. Prandente eo cum ipsius consociis, advenit quædam paupercula, ex charitate S. ANSELMI petens sibi dari eleemosynam; qui fractum panem manu sua porrigens mox sanatus est à prædicta infirmitate.

Quod in præsentiarum narrare contendo, nullus perversa mente fictitium, vel fabulosum contendere præsumat. Testis adest hujus rei idem ipse, qui confractis non modicis catenis, præsidio sanctissimi Confessoris ANSELMI mirabiliter est liberatus de angustia carceris. Contestantur pariter catenæ confractæ præsentibus Episcopis, audientibus populis prædicavit & prædicat suæ captionis miserabilem ærumnam, & liberationis prædicandam lætitiam.

Crescente, sicut ubique terrarum notum est, validæ persecutionis tempestate adversus sanctum VII. Gregorium, dignum Romanæ Ecclesiæ Apostolicum; pro veritatis & justitiæ prædicatione, atque pariter contra totius Romani Imperii Catholicos Christianissima Comitissa Domina Matilda pro Ecclesiæ defensione totis insudavit viribus. Ubertus Arditionis filius, & prædictæ Dominæ Capitaneus unus, ut in hac perturbatione de ejus fidelitate & servitio indubitanter ipsa Domina confideret, inter multas alias fidelitatis

promiſſiones, omnes, quibus ſuarum Arcium cuſtodiam commiſerat, jurare compulit, fortitudines arcium, quas cuſtodiebant, ſupra nominatæ Dominæ poteſtati liberæ tradituros, ac deinceps in ejusdem fidelitate permanſuros, ſi idem Ubertus aliquid infideliter adverſus eam Dominam faceret, vel quippiam malitiosè tractaret.

Poſt, capto Uberto, ob ſuæ infidelitatis nequitiam, homines illius, contra juramenti ſponſiones non timuerunt, quidquid injuriosè poterant agere adverſus eandem Dominam.

Ex quorum numero quidam Lanfrancus, de Piola nomine, officio miles: quia ipſorum perverſitatibus inhærere renuebat, inſidiis & traditionibus ab eisdem captus, & à tempore Auguſti usque ad octav. Kal. April. duro carcere eſt affectus, & non modicis catenis adſtrictus. Iidem quoque malitioſi cogitabant, quomodò poſſent ei vitam eripere, nec tamen volebant cognoſci, eorum ingenio hoc factum fuiſſe. Cumque tot anguſtiis adſtrictus ſolam mortem exſpectaret, in Vigilia ſancti Pontificis ANSELMI arrepto ſomno viſum ſibi eſt ſanctiſſimum Præſulem ante ſe deambulare habitu, quo adhuc in carne ſolebat incedere.

Ad quem mox exclamans, inquit; ſancte ANSELME, quàm aptè, quam utiliter ſervivi multoties: ſervitium meum te benè remuneraturum promiſiſti mihi perſæpe: Ecce ærumnas meas reſpice: & quia vales, ſubſidium affer. Et quoniam nequaquam deceptus es, promiſſiones tuas nunc adim-

adimple: Nunquam convenientius mihi, quam nunc, potuiſti rependere mei ſervitii munus; ſaltem Eccleſiæ me reſtitue, quam intrare me prohibent. Ad quem piiſſimus Dei Pontifex, inquit; Ne timeas; Eccleſiæ te ego reſtituam. Mox viſum eſt ſibi, in Eccleſiam quandam ſe ab eo deduci, & ſignari & benedici. Cui mox; Ecce Eccleſiæ reſtitutus es, dixit. Ad quem, homo ille: Me redditum, inquit, Eccleſiæ, ſatis gaudeo. Sed adhuc auxilium tuum, Domine, imploro, quem ſanctus Pontifex piè conſolans, ait; Ab hodie octavo die, & cultrum meum tibi mittam, & neceſſarium auxilium impendam. Itaque die octavo occurrente, venit ad eum quidam Reginæ civitatis ante incognitus, acutiſſimam limam deferens ſecum. Qua data videntibus cunctis, nec contradicentibus, qui aderant, cuſtodibus, compedes & catenas reſcidit velociter. Dubitante verò eo pro cuſtodibus exire, ſubitò ſanctiſſimus Confeſſor advenit, atque viſa eſt D. Matilda adveniſſe, multitudine hominum ſubſequente, cui cum diceret; quid expectas exire? ne differas; ſurge confidenter; ſurrexit, videntibus cuſtodibus, & exivit illæſus.

Præſentis narrationis miraculum eſt nobis notificatum ſub multorum audientia; narrante, & conteſtante eadem, cui hoc contigit, femina. Æſtatis tempore nuper præteritæ quædam femina de Ripalta ad laborem mendicarum in campos ex more exierat, ſuam ſecum ducens filiolam; eo verò tempore luporum peſtis adeò increverat, quód etiam à conſpectu parentum pueros rapere non formidabant.

bant. Cumque, ut dixi, in campis existeret, lupus repente filiam sibi surripuit. Ut autem misera mater dilaniatam à fera deportari vidit filiam, quibus valebat, vocibus, sanctissimum interpellabat ANSELMUM; ut sibi, & miseræ filiæ ferret subsidium: mox, piissimi Præsulis invocato nomine, rabida illa fera, ab ore projecit puellam, tamen non audens tangere, & à longè prospiciens eam. Mater verò anxia, confisa tamen de sanctissimi Confessoris subsidio festinavit, ad adjuvandam filiam. Quam cum deduceret, lupus sequebatur utramque. Sancti itaque Præsulis clamitans sæpe subsidium; tandem feræ illius fames est refrænata, & utraque femina, ab illius morsibus liberata.

Quod præsentes vidimus, nequaquam silentio prætereundum duximus. Mulier quædam cruribus sub se retortis contracta, manibus & natibus totum corpus gestabat. Hæc diu sancti Pontificis postulans præsidium, erecta est ad venerandum tumulum: quam antè eleemosynis sustentatam novimus, & complures ex nostris civibus.

Præsens adhuc est nobiscum filius Archipresbyter, de Colurnio Ubaldus nomine, qui retulit, & sæpe interrogatus itidem refert hujus rei narrationem. Hic cum in nostra civitate artis Grammaticæ vacabat studio, nullam devotionem, nullam reverentiam sancto Confessori exhibens, illius sanctis detrahebat virtutibus. Die verò quadam vehementi capitis dolore arreptus, ac credens, se pro dolore jam morti proximum, invocabat sancti Pontificis auxilium, promittens, se liberatum

dein-

deinde fore credulum, & ejus virtutum prædicaturum gloriam; ſicut de eo antè perversè locutus fuerat. Fatigatus itaque nocte tota, circa matutini temporis horas, leni ſopore correptus, in ſomnis vidit ſanctum Dei famulum capiti manum imponere, & ſe benedicere ſanctæ Crucis ſignaculo. Qua viſione præterita, evigilans, cognovit ſe liberatum illius doloris moleſtia.

In die Aſcenſionis nuper præteritæ, quædam femina de Godi Richilda nomine, compluribus nota, per integrum annum, & eo amplius, quantum eſt ab Epiphania --- *cætera in MS. Codice deſiderantur.*

APOLLINARII ſenioris, an filii ſit *Metaphraſis Pſalmorum*, quæ extat hodie tum in Appendice ad Bibliothec. Patr. *Pariſ.* 1624. tum ſeorſim edita Gr. *Pariſ.* 1580. 8. Gr. Lat. *Heidelbergæ* 1596. nondum ſatis certò liquet. Juniori Apollinario vulgò tribui ſolet; quam tamen Patri rectiùs meo judicio aſcribit Gerardus *Voſſius*, qui tamen alibi eum cum Juniore confundere videtur. Certè duos hoſce Apollinares nec Veteres nec Recentiores ſatis accuratè diſtinguunt, ut in his labi proclivius ſit. *Cave* l. c. p. 125. Extat Paraphraſeos in Pſalterium liber unus, qui hexametro verſu Græco conſcriptus. His poëmatibus uſi ſunt Chriſtiani loco Homeri & aliorum Poëtarum, donec Jovinianus Auguſtus legem ſtatuit, ut Chriſtiani literis gentilium imbuerentur, quò facilius gentilium errores expugnarent, adverſus ipſos ipſorum armis utentes. Extat ex tot tantisque ejus operibus una dun-

duntaxat Metaphrasis, seu interpretatio Psalmorum Davidis, Versibus Heroicis scripta, quæ sæpius edita. Præcipuæ edit. sunt Rob. Stephani, Par. 1552. 8. Græca ibid. 1562. 8. Parisiensis A. 1580. cum luculento Indice vocum Græcarum, quæ in eadem Metaphrasi inveniuntur. Commeliana Heid. 1596. cum versione *Frid. Sylburgii*, & quæ habetur Tom. VIII. *Bibl.* Vet. Patrum, Parisiensis A. 1624. & T. IV. Bibl. Patr. Col. 1622. Latinè tantum Col. Agr. 1618. Cum Apollinare certavit in hoc scribendi genere, & omnibus modis, ut quidam volunt, eum vicit *Dion. Petavius*, edita itidem paraphrasi Græca metrica Psalmorum, Paris. 1637. *Hendreich.* l. c. pag. 223.

Quæ in rebus fidei male senserit, vid. *Possevinum in Appar. S. referentem & excusantem.* Vixit sub Gratiano Imp. circa A. C. 380. Adde *Hieronymum & Honorium in Catalogo. Eundem Hieronym. in Apologia contra Rufinum, & in Epist. 65. & 152. in Chronic. ad an. 366. & 373. in præfat. & Cap. 12. Comm. in Danielem Proph. Epist. 84. ad Magnum Oratorem S. Athanasium in Epist. ad Antiochenos. S. Basilium Epist. 72. 74. Philostorgium in Historia Lib. VIII. 15. Sozomenum V. Hist. Eccl. Socrat. Hist. Eccl. II. C. 26. & III. C. 14. Ruffinum L. II. C. 20. Suidam. Vincentium Lirinensem in Commonitorio. Sixt. Senensem in Biblioth. S. p. m. 224. Trithemium de Script. Eccl. p. 206. Volaterranum. Joannem Saresburiensem Lib. VIII. de nugis Curial. C. 21. Pontanum in Catalogo Hæreticorum sub hoc*

tit.

tit. Frisium in Biblioth. Philosophorum, Raynaudum de malis ac bon. Lib. 7. 11. 141. 220. 224. 162. 257. Cocum in Censura. Vossium de Poëtis & Hist. Gr. Bellarmin. de Script. Eccl. & ad hunc Labbeum Hotting. Hist. Eccl. I. 166. 167. Bucholcerum in Chronol. Schraderum disput. de convenientia Poëseos & Orat. Crovvæum in Elencho Script. Biblicorum. Olearium in Abaco. Magirum p. 20. Eponymolog. Crit. Voetium Dispp. Selectar. II. 216. Addo *Molleri* Homonymoscop. p. 94. 417. seq. Andr. Christian *Eschenbach* de poëtis Christianis pag. 6. absonderlich meines geliebten Freundes/ *Thomæ Crenii*, Exercit I. de libris scriptorum optimis & utilissimis, allwo er pag. 5. seq. folgende rare Nachricht ertheilet:

Apollinarius heroicò carmine Metaphrasin Psalmorum edidit, quæ una cum interpretatione Latina & accurato Græcarum vocum indice non modò prodiit Parisiis annô M. D. LXXX. in 8t. sed & posteà ex officin. Hieron. Commelini Heidelb. M. D. XCVI. de qua Rogerus Aschamus sequentem Episcopo Wintoniensi scripsit epistolam, reperiendam L. III. Epistolar. Aschami, p. m. 337. edit. Hanoviens. M. DC. X. *Est hic libellus, ornatissime Præsul, re, tractatione, linguâ insignis: Psalmos enim Davidis, eleganti carmine, eoque Græcô, complectitur: res & lingua altera vitæ, altera studio tuo aptissimè convenit. Et quàm carmine etiam delectaris, scio, cujus condendi usu, & suavitate, illam superiorum temporum, & castigare insolentiam & lenire acerbitatem frequenter consuevisti. Hinc certam*

tam facio conjecturam, ſimillimorum hominum ſimile eſſe ſtudium, conſilium par, & eundem ferè ſenſum. Te, optime Præſul, intelligo, & Socratem Athenienſem; uterque enim potenti calumniâ ſimili de cauſa, ingratæ juſſu patriæ, in cuſtodiam datus eſt: utrique veſtrum in tanta & hominum injuria & temporum triſtitia, & indignitate loci, æqualis fortitudo, conſtantia par, idemque etiam relaxandæ mentis propoſitum fuit conſilium: uterque enim illigando, in carmen, ille (ut Plato narrat) fabellas Æſopi, tu grandiores res, ſollicitam carceris ſolitudinem, ſoliti eſtis mitigare. Reliqua omnia paria, diſpar fuit ſola fortuna: vitam enim illi ingrata abſtulit patria, tibi penè reſtituit gratioſiſſima Regina. Carmen igitur, quod tum in depoſita jacentique fortunâ fuit gratum, in erecta jam atque florenti erit perjucundum: tale præſertim carmen, quod rem optimam, optimâ explicatam linguâ continet. Nonnus in faciliori verſatus materia, verſu, meâ opinione, magis impeditô magiſque obſcurô uſus eſt: itaque hunc libellum tibi offerre volui, ut eſſet ſtudii atque obſervantiæ meæ aliquis teſtis, & pro me meiſque etiam rebus apud prudentiam tuam, licèt non flagitator importunus, poſtulator tamen non ſatis fortaſſe verecundus. Adjicio & de Apollinario Jani Rutgerſii ineditam adhuc epiſtolam hâc occaſione, ne pereat. *Doctiſſime Kinſchoti. Hui, inquies, iterum literas? Ita amice, iterum literas. Ignoſce, ſi pecco, nunquam animus meus ſibi magis acquieſcit, quam cum tecum loqui poſſum. Quare ſæpe occaſionem in nugis quæro, quibus te offendi, ipſe mihi conſcius ſum. Tale eſt, quod nunc adferam. Ornatiſſi-*

mu

mus D. Dousa libellum quendam habet, cui titulus: Apollinarii Psalmorum Metaphrasis. Eô si carere cupit, velim meô nomine justum precium offeras. Sin minus, commodiorem occasionem ejus nanciscendi exspectabo. Velim etiam ex Pedello quæras, quo tempore Tuningii auctio habenda sit. Nec hoc tantum, sed quando index excudetur. Ad hæc duo responsum cum nuncio die Veneris exspectabo. Saluta omnes convictores meos, præcipuè D. D. Cludium, qui an responsum ad literas meas acceperit, scire aveo. XII. Decembr. M. DC. XI. scribebam Dordrechti. Tibi obligatissimus Rutgersius. Inscr. Doctissimo Gaspari Kinschotio Lugdun. Batav.

MATTHÆUS de AQUASPARTA, (aliis *Aquasporta*) Ordin. Minorum, Doctor insignis, primò lector Palatii Pontificii, & summus Pœnitentiarius Romæ, deinde totius Ord. Minister Generalis, & postea Episcopus Portuensis S. R. E. Card. tituli S. Laurentii in Damaso, à Nicolao Quarto Pont. Max. creatus, scripsit in librum Job. *Postillam in Psalmos.* Commentarium in Epistolas D. Pauli. Quæstiones quodlibeticas, quarum exordium: *Quæritur, utrum ad cognitionem rei &c.* In quatuor libros Sententiarum Explanationem. Sermones in Epistolam ad Romanos. Inventarium Sententiarum, libro uno, & Indices per seriem litterarum in eosdem libros Sententiarum. Obiit Bonifacio Octavo Pont. Max. Florebat ann. 1290. & multo post. *Possevinus* l. c. Tom. II. p. 88 seq. In seculari Philosophia juxta morem sui temporis magnificè doctus, & in divinis Scripturis ex-

lentissimus. *Sixtus Senensis* l. c. p. 275. conf. *Tritbemium* de Script. Eccl. pag. 301. *Hendreich.* l. c. pag. 336.

Von AQUILÆ Arbeit (oder exposition, wie sie in der Käyserl. Bibliothec genennt wird) in Psalmos haben wir allbereit zu Anfang dieser Materie unter den MSC. aus dem Lambecio Erwehnung gethan. Weil er aber daselbst unrecht unter die Kirchen-Väter gezehlet worden/als müssen wir uns seiner Person wegen jetzo etwas genauer erkundigen. Wiewol/wenn wir accurat reden wollen/ derselbe mehr unter die Übersetzer / als Commentatores zu rechnen ist.

AQUILA, Rabbi Jud. *Kibæ*, qui ante Christum vixit, Discipulus, ut inquit *Sixtus Senensis*. Secundus S. Script. seu Bibliorum Interpres, curiosus, & non omninò recte diligens, natione Ponticus, patria Synopæus. Ponticus ab *Epiphanio*, *Theodoreto*, & *Euthymio* dicitur. Dicitur & *Aquila Proselytus*. Vir utriusque Matheseos peritus, & ob id Hadriano Imp. charus, à quo etiam constitutus est præfectus operum ad extruendam urbem Hierosolym. quam à se *Æliam* vocavit, à Tito dirutam. Christianam amplexus est ibi religionem. Sed cum nimium Genethliacis, seu Astrologiæ judiciariæ intentus esset, atque ob id à Patribus increpatus, non desisteret, sed potius sese eis contumeliosè opponeret, ab iisdem de Ecclesia pulsus est: ob quam ignominiam ille Hebræorum doctrinam & circumcisionem amplectens, illorum linguam addidicit, & divinas scripturas de verbo ad verbum inter-

terpretatus eſt. Inde in ultionem exardeſcens LXX. Interp. translationis loca de Chriſto corrupit. *Tirinus* ſcribit, Targum, h. e. Chaldaicam Paraphraſin, Autorem habere in Pentateuchum *R. Aquilam*, in Prophetis tam major. quam minor. *R. Jonathan*, fil. Uzielis, in reliquis V. T. libris *R. Joſephum cæcum.* Aquilæ opus minus Judaicorum Comment. & nugarum Talmudiſticarum habet. Hæc Paraphraſis in Bibliis Complut. ac Regiis excuſa eſt cum verſione Lat. Qua in Chaldaica fuiſſe ab eo pleraque male verſa, *Rob. Bellarminus* poſt *Ariam Montanum* oſtendit. Vixit, ut *Epiphanius* ſcribit, ſub Hadriano Auguſto, A. C. 120. ut autem *Hieronym. in III. Eſaiæ*, multis annis ante captivitatem Judaicam. *Vide eundem Hieronym. in LIX. Eſaiæ, & in principio Hebraicarum queſtionum. In Oſeam Cap. II. & in Epiſt. ad Pammach. Epiphanium libr. de ponder. & menſuris. Severianum Gabalenſem Epiſc. in exordio Hexaëmeron. Sixt. Senenſem, libr. IV. pag. 225. Bibl. S. Poſſevin. in App. S. & Bibl. Selecta. Ebertum de Ling. Hebr. Doctoribus. Voſſium de arte Grammat. 1. 3. Olearium in Abaco Patr. Raynaud. de mal. ac bon. libris. Ganzium in Zemach. pag. 101. Dannhauerum Act. I. Chriſteid. pag. 585. Bebelium Hiſt. Eccl. Sec. II. pag. 234. Alſtedium in Chronologia. Nic. Fullerum III. Miſſæ Sacr. Cap. XII. p. 348. & IIII. Cap. 18. Wetſteinium ad Origenis Epiſt. ad Africanum pag. 179. Hotting. Theſ. Philolog. pag. 376. & ſeqq.. Quenſted de Patriis.* Aquilam cum OnKeloſo, in Talmude ſæpe confundi, ſed male, quidam volunt. Vide *Barto-*

toloccium in Bibl. Rabbinica p. 406, Rivetum Tom. II. Operum p. 896. Hendreich. l. c. pag. 236. seq. (fallit enim numerus 336.)

Valde accuratus interpres vocatur *Bocharto* in Geographia Sacrâ. *Aquila* literis *Hebraicis* summè eruditus ad interpretandum accessit. Vid. *Epiphan.* l. de Mensur. & Ponderibus. Miratur proinde *Nic. Fullerus* (Miscellan. Theolog. Libr. IV. Cap. 18.) *Johannis Curterii* maledicendi pariter atque mentiendi libidinem, qui eò insolentiæ processerit, ut palam affirmare non erubuerit (præfat. in *Procopii* Comment. in *Isaiam*) *Aquilam Sinopitam*, cùm ipsa vix Hebræorum elementa didicisset, Interpretationem novam sacrorum Bibliorum *Adriano* Imperante molitum.

Aquilam verò agnoscimus exactissimum *Interpretem* & in *vocabulorum* propriis ac reconditis *significationibus* & cernendis oculatissimum, & consectandis studiosissimum. *Nic. Fuller. Lib. II. cap. 11. Miscel. Sacr.* Atque illud ipsum mirificè confirmatur interpretamento quodam *Aquilæ*, viri exquisitâ peritiâ & singulari industriâ. *Idem* lib. III. cap. 12. *Aquila* proprietatis *Hebraicarum* vocum callentissimus. Sed superstitiosus usque ad ineptias, in *Etymologiis* earum exprimendis. *Arnold. Boot.* in *Animadvers. Sacr.* ad Text. *Hebraic.* V. T.

Quo nemo unquam majori castitate Ebraicam veritatem retulit, nemo fidem suam tam luculenter, verbis etiam ipsis annumerandis, præstitit. *Petr. Dan. Huet.* de claris Interpret.

La seconde *version Grecque*, dont il ne nous reste

ſte maintenant que des fragmens, eſt celle d'*Aquila*,qui vivoit ſous l'Empereur *Adrian*, cet *Interprete* abandonna la Religion *Chrêtienne* pour embraſſer le *Judaiſme*, & s'etant appliqué à l'étude de la *langue Hebraique*,il enterprit une nouvelle Traduction de toute l'*Ecriture*, pour l'oppoſer à celle des *Septante*, dont les Chretiens ſe ſervoient, alors tres-utilement contre les *Iuifs*; Mais n'étant pas tout à fait content de cette *Verſion*, il la retoucha enſuite, & en fit une ſeconde plus à la *lettre* que la premiere. C'eſt pourquoi on trouve quelque fois la *verſion* d'*Aquila* citeé de differentes manieres ſur un même paſſage. Les Fragmens,qui nous en reſtent, prouvent evidemment, que cet *Interprete* s'étoit principalement appliqué à traduire mot pour mot le *Texte Hebreu* de la *Bible*, & à faire plûtôt un *Dictionaire* des mots Hebreux, qu'une *Verſion*. Auſſi cette *Verſion* eſt tellement barbare, qu'il eſt preſque impoſſible de l'entendre en pluſieurs endroits : & ce fut pour cette raiſon, que *Saint Epiphane* la mepriſa, & la regarda comme un ouvrage aſſez inutile. *Saint Ierôme*, loüe neanmoins *Aquila* en de certaines rencontres,comme un *Interprete* exact & fidele, mais en d'autres il le rejette, & le traite de ridicule & d'impertinent, parce qu'il ne s'étoit pas contenté de traduire les paroles, mais qu'il avoit de plus exprimé l'*Etymologie* ou la proprieté des mots. Ce qui a obligé *St. Ierôme* a parler ſi differemment de la *traduction d'Aquila*, c'eſt que ſe ſentant preſſé du reproche, qu'on luy fai ſoit, de n'avoir pas traduit l'*Ecriture Sainte* avec aſſez d'exacti-

actitude, il répondit dans une *Apologie*, que cette façon de traduire si *literalement*, & selon la rigueur de la *Grammaire*, devoit estre rejetté; & il donna en même tems pour exemple de ces sortes de *Traductions*, la Traduction d' *Aquila*, dont il condamne la trop grande exactitude. Le même *S. Jerôme* au contraire lors qu'il s' agit de donner la propre & veritable signification des mots Hebreux, loüe cette *Version* comme la plus excellent de toutes, & il loüe son Auteur comme un Interprete exact & fidele. *Origene* parlant de la *Version* d' *Aquila*, témoigne que les Iuifs la preferoient à toutes les autres: & c'est pour cette raison qu'ils s'en servoient ordinairement dans les disputes, qu'ils avoient avec les *Chrêtiens*. Les *Chrêtiens* d'autre part la decrierent pour les mêmes raisons, & furent en quelque façon obligés de la regarder comme une version fausse, & qui avoit été faite par un des plus grands ennemis de l'Eglise. Il estoit cependant impossible, que les *Peres* en jugeassent sainement; parce que n'ayant la plus-part aucune connoissance de la *Langue Hebreique*, ils ne pouvoient pas la conferer avec l'*original Hebreu*. Ils avoient pourtant raison de se défier de cette *Traduction* & de croire qu'*Aquila*, qui s' estoit declaré si fortement contre l' *Eglise*, avoient favorisé autant qu'il luy avoit été possible, les sentimens des Iuifs principalement lors que les mots *Hebreux* pouvoient estre interpretés differement. On doit neanmoins lui rendre cette justice, qu'il ne toucha point au *Texte Hebreu*, dont il n' estoit nullement question. Quand les

Idem, Ao. 1692. pag. 484. Ich habe neulich von dem gottseeligen Theologo Johann Arnden gehöret / daß derselbe in seinem Testament verordnet / niemand solle sein Laboratorium eröffnen / ehe 14. Tage nach seinem Tode verflossen wäre. Da nun dieses geschehen / sey ein grosser Knall gehöret / hingegen nichts als Dampff und Staub gesehen worden. Hieraus folget aber noch lange nicht / daß Arndius den Lapidem gehabt 2c. Conf. *Christian. Frantz Paullini* anmuthige lange Weile num. 64. *Eccardi* Monathl. Auszug Ao. 1702. Mens. Dec. pag. 33.

Idem *Tentzelius* ibid. A. 1697. p. 335. Antenor setzt hinzu / daß ihn einmal einer überreden wollen / der geistreiche Theologus, Herr Johann Arnd seeliger / habe diese Kunst gewust. Der Proceß stehet mit verdecken Worten in seiner Postill 2c. und wenn er diese Kunst nicht gewust hätte / so wäre ihm unmöglich gewesen / so viel auf die Armen zu spendiren.

Quod & B. Johannes Arnd in Lapidem adeptorum fuerit numero Philosophicum, mihi tenacitatem duriter ac parcè viventis scienti mulieris ejus, ipso cum marito nunquam cibum capientis, caussantis, tantum sibi non suppetere, ut æque bonô & lautiore cum marito posset uti cibô : non fit verisimile, quin & ex ipsius Testamento, ubi tenuiter admodum suis de bonis disserit, postquam ter mille Imperial. in excidio amiserat Magdeburgico, contrarium patere videtur. *Thom. Crenius* P. VII. animadv. p. 137.

Weil

Weil uns nun dieser theure GOttes Mann durch Ehre und Schande / durch böse und gute Gerüchte bekannt worden / wil ich meines Orts sein geseegnetes Andencken mit einigen Elogiis beschliessen.

Arndius ardens veræ pietatis instaurator salutatur à. L. *Weissio* in Pseudo Prophet. p. 5. ubi ejusdem libros aureos vocat.

Idem in meletemate Theologico de Messia Verme p. 21. vocat eum ardentem veri Christianismi præconem.

Idem in Præsidio Dothanæo p. 21. Arndium hoc mactat elogio: Sanctissimæ vitæ ac doctrinæ Theologus verique Christianismi ardens restaurator, ubi simul defenditur ob hæc verba benedictionis vespertinæ hortuli Paradisiaci: Laß mir die Heil. Engel erscheinen im Schlaffe / wie Joseph und den Weisen aus Morgenland / auf daß ich erkenne / daß ich auch sey in der Gesellschafft der Heil. Engel / Negarunt enim ab Arndio rectè factum, quod lectum petituros doceat, Deum orare, ut is sanctos angelos ad ipsos velit ablegare. Præcipuè verò carpserunt verba hæc: Ut inde cognoscam, me quoque esse in societate Angelorum Sanctorum. Qui mitius judicarunt, petitionem Arndii non de Angelis informantibus, sed custodientibus explicarunt. Alii phrasin hanc omitti, alii commodiorem substitui voluerunt, sed doctissimus Autor Mysterii iniquitatis Pseudo-Evangelicæ ita negotium conficit: Consulere hac Clausula Arndius voluit fidelium simplicitati, ne, si cui beati Angeli dormienti appareant, is inde insolescat, aut fanati-

naticorum more ad nova dogmata illius nocturnis consultationibus abutatur, qui eo solum fine illas obtigisse statuat, ut confidat, se Deo curæ esse, neque jam moribus vitaque sua à se fugare Sp. S. & illius Angelos omnibus vere internis hominibus familiarissimos.

D. Henr. Müller in der Evang. Schluß-Kette pag. 215. col. 1. vocat Arndium einen hochtheuren GOttes-Mann.

Von *Florent.* Schilling (Congreg. Clericorum Regular. Pauli Barnabita) in seinem Ovo Paschali pag. 154. wird Arnd der allervornehmste Prädicant in Lüneburg genannt. Das ihm aber daselbst aufgebürdet wird / er habe communionem sub una behauptet / ist ein offenbahres fallum. Meines Orts unterschreibe von Hertzen dem judicio *Henr. Varenii:* Phrases B. Arndii partim probo, partim excuso, & piâ explicatione emollio. Vide *D. Affelmanni* Syntagm. sub finem vitæ curriculi B. Autoris.

Wie wehrt er aber bey dem Hochfürstl. Lüneburgischen Hause gewesen / erzehlet *D. Spener* in Dedic. seiner Gottes-Gelahrheit an Hertzog Rudolph Augustum.

Der so geistreiche Lehrer Joh. Arnd ist so voll von dieser materie, daß etwa wenigere Blätter in seinen Schrifften anzutreffen / welche nicht einiges hieher gehöriges in sich faßen. Es hat aber auch dieser nach mehrern andern geistlichen Bedienungen seine längste Stelle in eurer Hochfürstl. Durchl. hohen Hauße angehörigen Fürstenthum Lüneburg zu Zelle

als

als General-Superintendens zehen Jahr verwaltet/ und ist von E. Hochfürstl. Durchl. damahligen Vätern den Fürstlichen Gebrüdern / ohnerachtet aller der gegen ihn ergangenen Lästerungen / dermassen geliebet worden / daß auch der regierende Durchl. Hertzog Christian samt den Fürstlichen Herren Brüdern in eigener Person sein Leich-Begängnüs gezieret. So ist der treue desselbigen Verthädiger / M. Henricus Varenius, E. Hochfürstl. Durchl. Herrn Vatern in damahliger Residentz zu Hitzacker Pastor gewesen/und hat den andern Theil seiner Rettung demselben unter andern deswegen dediciret/wie seine Worte lauten: Ich habe auch vielmal vernommen / daß E. F. G. diesem seeligen Christeyfrigen Lehrer/Herrn Johann Arnden (von dessen Lehre und wahrem Christenthum in diesem Wercke gehandelt wird) bey seinen Lebens-Zeiten in Gnaden wol gewogen gewesen / ihn als einen geistreichen / von GOtt reichlich begabten / reinen Evangelischen Lehrer gnädig geliebet/viel Schreiben mit demselben gewechselt / und in demselbigen von vielen wichtigen Religions-Sachen mit ihm / nach deroselben hochrühmlichen Fürstlichen erudition conferiret / auch seiner Person nach seinem tödlichen Abschiede rühmlich gedacht.

Daß er keinen blinden Eyfer wider die Reformirten spüren lassen / bezeuget gegen seinen Antagonisten *D. Læscher* in der Historie der ersten religions-motuum p. 46.

Arn-

Arndius, at quantus Vir, quantisque laudibus ab Arnoldo mactatus, non tantum ipſe contra Weigelium ſcripſit, laudatus ideo ab Arnoldo, ſed etiam ſtudium polemicum valdè commendavit, *D. Fecht* de ſtudio Theol. polem. p. 66.

Theologum hunc doctrinæ integritate florentiſſimum, vitâ pariter innocentia claruiſſe, multosque è Pontificiis quoque in ſui admirationem rapuiſſe, legimus. Conf. *Dannhauerus* in Theol. Conſc. T. I. pag. 586. *D. Georg Henr. Gœtzius* de converſ. Pontif. p. 19. ſeq.

Es iſt auch ſolches unter andern aus des Apoſtatæ, D. Peilſchmids/ Geſpräche von der Religion (Glatz 1690. in 12.) p. 241. ſeq. zu erſehen.

Ein gewiſſer Holſteiner P. E. (quem refutatum ivit *Joh. Cluverus* P. I. p. 101.) hat durch den Engel Apoc. XX. 1. ſeq. (welcher Chriſtus iſt) Johann Arnd verſtanden. Vid. Joh. Conr. Feuerleins Noviſſima Macrocosmi p. 774.

M. Scriver in dem verlohrnen und wieder gefundenen Schäflein p. 105. nennet ihn einen gottſeeligen und geiſtreichen Mann/ ein hellſcheinend und brennendes Licht unſrer Kirchen p. 105.

In *Boiſſardi* P. VI. Biblioth. Chalcograph. p. 1. finde dieſe zwey diſticha:

Hic ſuperexcellens tam dignus dicier eſſet,
 Quam Superintendens, dum docet ipſe *Pium*,
Scire atque *eſſe* ſimul, ſacri per vincula cultus:
 Hinc tam Phantaſtas, quam Hypocritasque ferit.

und lit. m. 4. folgendes:

Exigit

Exigit hicce novam genesin, mentemque beatam,
Christicolas priscos quam tenuisse patet.

In *Ekards* Monathlichen Auszügen Anno 1701. Mens. April. pag. 83. wird der Stylus Arndii in der teutschen Schreib-Art den jungen Predigern vor andern recommendiret.

Dieses grosse Kirchen-Licht leuchtete in der Welt 66. Jahr / und verlöchte d. 11. May 1621. als eben eine merckliche Sonnen-Finsternüß eingefallen. Sein Bildnüß / schreibet Herr Beckmann l. c. p. 324. ist in Lebens-Grösse in die Kirchen zu Zelle gesetzet / und dieser vers beygefüget worden:

Qui Jesum vidit, qui mundum, Dæmona vicit,
Arndius in Scriptis vivit ovatque suis.

Epitaphium.

Arndius hic jaceo, qui Jesu verus amator,
Internæ semper qui pietatis amans.
Correxi multos, deceptos sæpè reduxi,
Mens mihi casta fuit, vox operosa fuit.
Spectato in flammis libro post funera læta
Firmavit verum me docuisse Deus.
Salve, mi Jesu, salve ô lectissima Turba.
Munde immunde vale, Christe benigne, fave.

Arnobius, junior vulgò dictus, ut ab *Arnobio Afro* distinguatur, gente, ut videtur, Gallus, claruit circa an. 460. ut ex inscriptione Commentarii in Psalmos, Leontio Arelatensi & Rustico Narbonensi Episcopis nuncupati, colligitur. Leone certe aliquantulum posterior, quem passim laudat. Extant sub illius nomine

Commentarius in Psalmos Davidis CL. *Arnobio*

Afro malè adſcriptus. Prodiit ſeorſim Baſil. 1522. deinde ab *Eraſmo* editus *Colon.* 1532. 8. denique à *Laurentio de la Barre* emendatus Pariſ. 1639. Extat & in Bibliothecâ Patr. Tom. VIII. pag. 203. *Cave* l.c. pag. 255.

Trithemius præter librum de Rhetorica inſtitutione librum etiam in Pſalterium quaſi *Arnobii Afri* recenſuit, cujus tamen *Hieronymus* non meminit. Nam qui breviſſimi in omnes Pſalmos Commentarii juxta tropicum & allegoricum ſenſum, ſub Arnobii nomine, ab Eraſmo Roterodamo olim prodiere, ad Laurentium & Ruſticum Epiſcopos conſcripti, neque Sixto Senenſi, neque aliis probatur. Etenim præter ipſum ſtylum diſſimilem alteri, quo uſus eſt in ſeptem libris adverſus Gentes, ea videtur evincere ratio, quæ ex Pſalmi 109. expoſitione colligitur; in qua nominatim *Photinus* refellitur, Ebionitarum hæreſeos inſtaurator. Neque enim Arnobius, qui Lactantium adhuc juvenem, ſub Diocletiano Principe, hoc eſt, circa annum Domini ducenteſimum nonageſimum, diſcipulum habuit, Photini hæreſin audire potuit, qui (ut ex quinto libro hiſtoriæ tripartitæ, & ex Hieronymo tam in Catalogo, quam in Chronicis colligitur) impietatem ſui dogmatis docere cœpit anno Domini 358. hoc eſt, anno trigeſimo poſt interfectum Criſpum Cæſarem, Conſtantini Magni filium, cujus adoleſcentiam *Lactantius Firmianus* in extrema ſenectute præceptor inſtituit. Adhoc accedit etiam conjectura, meo quidem judicio non improbanda,

quod

quòd in explicatione Pſalmi centeſimi octavi, & centeſimi decimi ſeptimi, oppugnat, ceu hæreticam, illorum ſententiam, qui profitentur, Deum ab æterno alios prædeſtinaſſe ad benedictionem, alios reprobaſſe ad maledictionem. Conſtat autem ex duabus Epiſtolis *Proſperi* & *Hilarii*, ad Auguſtinum, hanc aſſertionem ſub ipſis Auguſtini temporibus agitari amplius cœptam, quam Auguſtinus de æterna prædeſtinatorum & reprobatorum diſcretione à Deo facta doctiſſimè, (licet ab omnibus haud intellectam, neque receptam) docuit. Apparet tamen hoc opus, cujuscunque ſit, (nam *Hieronymus* inter Arnobiana monumenta non enumerat) pervetuſtum eſſe: utitur enim Beda presbyter in Commentariis Pſalmorum ejus teſtimoniis, Arnobii titulo prænotatis. Et ſi quid ſuſpicionibus & conjecturis tribuendum eſt, conjicere poſſumus, Auctorem ipſius, qui ſeſe in expoſitione Pſalmi CV. inter Sacerdotes collocat, fuiſſe Afrum, & Auguſtini ætate in Africa vixiſſe, atque opus ſuum nuncupaſſe Laurentio, & Ruſtico Afris Epiſcopis, quorum nomina in Præfatione ejusdem operis ponuntur; nam & in Concilio Carthaginienſi una cum Auguſtino interfuiſſe Ruſticum quendam in Africa Epiſcopum, & Laurentium Icoſitanum Epiſcopum, Provinciæ Mauritaniæ Legatum. Et in his Commentariis extant voces aliquæ Auguſtini temporibus ubique apud Afros uſitatæ, quemadmodum in expoſitione, Pſalmi 131. ubi legitur: *Super ipſum autem Chriſtum florietſanctificatio mea.* Quam dictionem *Flo-*

riet Augustinus ætate sua in ore populorum fuisse scribit Lib. II. de Doctrina Christiana, cap. 13. quo in loco de vitiis sermonis differens, inquit: *Illud etiam, quod jam auferre non possumus de ore cantantium populorum, super ipsum floriet sanctificatio mea, nihil profectò sententiæ detrahit. Auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non Floriet, sed, Florebit, diceretur. Nec quidquam impedit correctionem, nisi consuetudo cantantium.* Et in explicatione Psalmi 138. explicans illud: *Non est occultatum os meum, à te*, ait: *Siquidem tibi occultum non est os meum, id est, ossum meum.* Quam vocem apud suos vulgò fuisse corruptam affirmat Augustinus in enarratione ejusdem Psalmi, inquiens: *Os suum dicit, quod vulgò dicitur ossum, & Latinè os dicitur: sed nos potius ossum dicamus. Melius est enim, ut nos reprehendant Grammatici, quam non intelligant populi.* Possevinus l. c. p. 117. seq. der auch seiner Gewohnheit nach dieses aus dem Sixto Senensi ausgeschrieben/ ohne daß er seiner die geringste Meldung gethan hätte / wie der Jesuit *Lorinus* Comment. in Psalm. Tom. I. pag. 10. selbst gestehet.

Gleiche Gedancken hat *Bellarminus* l. c. p. 53. Feruntur sub nomine Arnobii Commentaria brevia in Psalmos. Sed ea non videntur esse hujus Arnobii, sed alterius recentioris, nam in explicatione Psalm. 108. refellit hic auctor hæresin Prædestinatorum, quæ tempore S. Augustini, vel postea exorta est. Et in explicatione Psalm. 109. nominatim refellit Photinum, hæresis Ebionitarum

rum inſtauratorem. At Photinus tempore Valentiniani Imperatoris vixit, teſte S. Hieronymo de Script. Eccl. quo tempore Arnobius ſtuperſtes eſſe non poterat. Fuit enim Arnobius præceptor Lactantii, Lactantius autem in extrema ſenectute vocatus eſt à Conſtantino Magno, ut Criſpum filium erudiret, teſte S. *Hieronymo* de Script. Eccl. in Lactantio. Quamvis autem Commentaria in Pſalmos non ſunt illius Arnobii, qui circa initia Principatus Diocletiani florebat: ſunt tamen auctoris alicujus veteris, qui etiam *Arnobius* dicebatur, ut conſtat ex Commentariis *Bedæ* in Pſalmos, in quibus explicatio Arnobii non ſemel adducitur. Conf. *Thomas Pope-blount* in Cenſ. Aut. p. 151.

Ich habe zwey Editiones von dieſem Scribenten/ die eine iſt in folio, auf deren Titul-Blat der Inhalt mit dieſen Worten verſaſſet:

JOH. FROBENIUS
Pio Lectori S. D.

En optime lector, rarum damus theſaurum, & nihil non novum.

D. Eraſmi Roterodami præfationem ad nuper electum pontificem Romanum Adrianum hujus nominis ſextum.

Arnobii Afri, vetuſti pariter ac laudatiſſimi ſcriptoris commentarios, pios juxta ac eruditos in omnes Pſalmos, ſermone Latino, ſed tum apud Afros vulgari, per Eraſmum Roterodamum proditos & emendatos.

D. Eraſmi Roterodami commentarium in Pſalmum: Quare fremuerunt gentes. Fruere, ac vale.

 BA-

BASILEÆ ex ædibus JOA. FROBE,
Anno M. D. XXII. Menſe Sept.

Merckwürdig iſt daſelbſt des *Eraſmi* Cenſur, was den Stylum des Autoris betrifft in Dedic. die er an Pabſt Adrianum VI. geſtellet/ (wiewol er daſelbſt den bekandten Fehler begehet/ daß er dieſen Autorem mit dem alten Arnobio, dem berühmten Redner und Lactantii præceptore, confundiret) in gleichen wie er dieſes Werck überkommen. Eodem fermè tempore, ſchreibt er/ quo huc rumor omnibus lætiſſimus allatus eſt, te magno conſenſu Cardinalium aſcitum ad pontificii Romani culmen, miſſi ſunt adnos è venerabili collegio ac diſciplinæ regularis nomine cum primis commendato, quod inter Wormaciam Vangionum civitatem & Spiram Nemetarum urbem ſitum, vulgo diciturFranckenta, commentarii in Pſalmos Davidicos, Arnobii titulum præ ſe ferentes. Qui mittebant, non confidebant placituros, vel quod jejuni viderentur, vel quod impolito ſermone paſſim manifeſtariis ſolœcismis ſcatentes. Verum ſimulatque deguſtandæ lectionis gratia unam atque alteram pagellam evolviſſem, ſenſi protinus, non illam eſſe vulgarem infantiam, ſed expolitiſſimam impolitiem, & copioſiſſimam breviloquentiam. In verbis duntaxat eſſe parſimoniam ac neglectum, in ſenſibus ampliſſima ſplendidiſſimaque eſſe omnia. Quoque ſum altius ingreſſus, hoc magis mihi crevit operis admiratio, ut plane ſentirem, mihi theſaurum quempiam inſignem oblatum, ſed ut Pauli more dicam, in vaſculo fictili. Cepit me ſemper

per fateor, in autoribus etiam ſacris ſermonis mundicies, & offendit balbuties. At utinam nobis contingant plures, qui de myſteriis ſcripturarum ſic balbutiant, ut hic *Arnobius*, tanta luce, tanta eruditione, tam fœcunda brevitate, tanta denique ſanctimonia. Sed ne ſermonis inconditi multisque locis ſolœci præjudicium operis autoritatem elevet, præſertim apud eos, qui ex orationis vitiis prudentiam etiam aut eruditionem æſtimare ſolent ſcriptoris, priusquam aggrediar de laudibus autoris & operis dicere, primum illud lectorem admonitum volo, quicquid hic eſt ſolœciſmorum, non eſſe profectum ab inſcitia, ſed à judicio, nec homini imputandum, ſed tempori. Quum enim *Arnobium* eloquentiæ profeſſione clarum fuiſſe conſtet, etiam antequam fidei noſtræ myſteriis initiaretur, quumque *Lactantius* diſcipulus ſatis declaret, quàm non infans fuerit ille præceptor, quumque Catechumenus ſcripſerit eloquentiſſimos libros adverſus gentes, Tertullianum imitatus, quemadmodum hunc imitatus eſt Lactantius, non poteſt imperitiæ videri, quod in hoc opere tot ſolœciſmi comperiantur, præſertim adeo manifeſti, ut vix Holcot aut Bricot ſolœciſſet craſſius. Nec eſt, quod hinc ſuſpicemur, hunc Arnobium eſſe diverſum ab illo, cujus opus adverſus gentes etiam ob orationis elegantiam laudatur. Idem ſcripſit, ſed non ſcripſit iisdem. Illud opus ſcripſit eruditis, hoc ſcripſit vulgo. Conſtat autem apud Hiſpanos, Afros, Gallos, reliquasque Romanorum provincias, ſic ſermonem Romanum

ſuiſſe vulgo communem, ut Latine concionantem intelligerent etiam cerdones, ſi modo, qui dicebat, paululum ſeſe ad vulgarem dictionem accommodaſſet. Declarant hoc conciones ac diſputationes quædam *Auguſtini* apud populum habitæ, quas ex ipſa re conſtat, non ab Auguſtino ſcriptas fuiſſe, ſed à notariis exceptas, qui non ſolum retulerunt in ſcriptum, quod dicebatur, ſed etiam quod agebatur. Quod ſi quis poſtulet ſibi ceu digito commonſtrari, unde hujus rei poſſit experimentum certum capere, legat diſputationem *Auguſtini* cum Maximino, & conferat initium diſputationis à notariis exceptum, cum ejus operis fine, quem ipſe deſcripſit, quod Maximinus ſe ſubduxiſſet diſputationi; legat duas conciones, quibus expurgat famam de clericis ſuis ſparſam in populo; legat orationem, qua ex populi ſuffragiis ſibi deſignat epiſcopum ſucceſſurum, & in levioribus negotiis futurum vicarium; legat concionem adverſus Donatiſtas, quam vulgo canendam lingua vulgari deſcripſit. Hæc ſi quis conferat cum his, quæ ſcripſit eruditis, veluti de Trinitate, de Civitate Dei, facile colliget, quantum interfuerit inter ſermonem eruditorum, & imperitæ multitudinis. Ac ne Romæ quidem eo tempore, quo maxime florebat ea lingua, omnes loquebantur, quemadmodum loquebatur Cicero. Etiam tum vulgus uſurpabat ſibi quædam ſuo jure, quæ docti damnabant. Dixerit aliquis: Quid venit in mentem *Arnobio*, viro facundiſſimo, ut hos commentarios plebeiæ linguæ committere voluerit? Primum olim nihil erat

erat popularius psalmis Davidicis, adeo ut hinc & arator aliquid modularetur ad stivam, & nauclerus ad clavum, & navita ad remum, & fossor ad glebam, & textor ad stamen, & uxor ad colum; denique infantes hinc aliquid gestirent canere nutrici, priusquam fari nossent. Tantus amor olim habebat omnes hujus divinæ musicæ, quam nunc plerique fastidiunt etiam sacerdotes. Proinde voluit *Arnobius* ab omnibus intelligi, quod videbat cantari ab omnibus. Persuasit hoc illi Christiana charitas, quæ studet prodesse quam plurimis. Maluit balbutiens utilitatem adferre multis, quam eloquentiæ laudem auferre apud paucos. Et hanc linguam popularem intelligebant & eruditi, ut nec illis periret fructus mysticæ cognitionis, quo percepto non oportet orationis phaleras efflagitare. Adjiciam & alteram causam ex mea suspicione, ut ego quidem arbitror, non improbabilem. Refert divus Hieronymus in appendice quadam, quam attexuit chronicis Eusebii Cæsariensis, hunc Arnobium, quum ethnicus adhuc in civitate Sicca juventutem institueret ad declamandum, insomniis adactum fuisse, ut flagitaret baptismum. Quumque non impetraret ab episcopis, quod petebat, quod illis persuaderi non posset, illum sincero animo velle profiteri religionem, quam hactenus impugnasset, elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros, atque his tandem velut obsidibus datis, pietatis fœdus impetravit. Porrò ne quid suspicionis etiam hæreret in animis simplicium Christiano-

rum, qui superbam illam & artificio fucatam eloquentiam vel oderant, vel habebant suspectam, in his commentariis deposuit omnem rhetorices strepitum, seseque ad infimæ plebis orationem dejecit, quo declararet, sese toto pectore Christianum esse. Nam opus hoc suscepit jussu duorum episcoporum, Rustici & Laurentii, quemadmodum ipse testatur sua præfatione. Atque hoc factum obedientiam vocat, ut conjectura sit, aut catechumenum loqui, aut certe recens-Christianum. Proinde si quis reputet, quibus ista scribat Arnobius, non debet videri solœcismus, si quid inciderit diversum à consuetudine loquentium emendatius, imò solœcismus erat, nisi sic fuisset locutus. Veluti si quis nunc vulgo Romanorum hodie loquatur, quemadmodum olim loquutus est divus Gregorius, quum adhuc esset sermo popularis incorruptior, aut si quis apud Hispanos verba faciens, secus loqueretur, quàm habet publica illius gentis consuetudo, duplex incommodum lucrifaceret. Primum non intelligeretur ab iis, quibus loqueretur: deinde ut Barbarus offenderet ac rideretur. Quare scriptoris hujus exemplum nihil suffragatur his, qui, quum scribant literatis, & ea lingua, quæ temporibus his nihil habet commercii cum populo, tamen laudi quoque sibi verti volunt, quod ineptis sensiculis sermonis ineptiam vincunt. Nam præcipua vis eloquentiæ in rerum inventione sita est. Quanquam nunc quoque non est fastidienda in scriptore Christiano munda simplicitas, modo sicut

cut absunt phaleræ lenociniaque, sic absint & sordes. Neque enim Arnobius, si nunc scriberet, iisdem uteretur solœcismis, sed aut planè Gallicè scriberet, si vulgo Gallorum scriberet, aut purè Latine, si scriberet literatis. Nimirum hujus generis erat Apostolorum sermo, quo nobis novum testamentum literis prodiderunt. Sic tum aurigæ loquebantur & nautæ. Talis erat sermo, quo primum in linguam Latinam translati sunt novi testamenti libri, in quibus, si qui solœcismi nunc offendunt aures literatorum, magis ascribendi sunt illorum temporum receptæ consuetudini, quam interpretum imperitiæ. Sed ut tum expediebat sic scribere, quia populo scribebatur, ita nunc ineptum sit affectare solœcismos, qui nec illiteratis prosint, & literatos offendant, & rem obscurent, & auctoritatem scriptoris elevent. Cæterum ut satis constat, populum corrupisse Romani sermonis puritatem, ita verisimile est, apud alias nationes, aliisque temporibus aliter fuisse corruptum. Certe duo quædam deprehendimus in hisce commentariis, quæ divus *Aurelius Augustinus* testatur ætate sua vulgo corrupte solere pronunciari. Nam in commentario Psalmi centesimi tricesimi octavi, *ossum* pro os, unde ducitur paternus casus *ossis*, & multitudinis casus *ossa*. Et *floriet* pro *florebit*, non semel ab hoc positum est, & ita, ut satis appareat, non esse casu factum, & quum dixisset *os*, velut interpretans populo, adjicit, id est, *ossum*. Utriusque rei meminit divus Aurelius Augustinus in opere, cui titulum indidit

de

de doctrina Christiana. Siquidem libri tertii capite tertio scribit hunc in modum, de vocibus ambiguis differens: Nam quod scriptum est: Non est obsconditum à te os meum, quod fecisti in abscondito; non elucet legenti, utrum correpta litera *os* pronunciet an producta. Si enim corripiat, ab eo est, quod sunt *ossa*. Si autem producat, ab eo, quod sunt *ora*, intelligitur numerus singularis. Sed talia linguæ præcedentis inspectione dijudicantur. Nam in Græco non στόμα, sed ὀστέον positum est. Unde plerumque consuetudo loquendi vulgaris utilior est significandis rebus, quam integritas literata. Mallem quippe cum Barbarismo dici, *non est abs te ossum meum*, quam ut ideo esset minus apertum, quia magis Latinum est. Ex his colligere licet, hos commentarios & Afris fuisse scriptos, & priscis illis temporibus. Fortasse præstiterit & alios aliquot Barbarismos indicare, quo minus offendatur præmonitus lector, quum inciderint, neve statim mutet scripturam à librariis depravatam suspicans. *Pœnitemini* verbum, non raro usurpat deponentialiter. Item *tribulantes* frequenter ponit pro iis, qui affliguntur, non qui affligunt. Similiter *confundentes* pro erubescentes, quasi tribulari & confundi deponentia verba sint, non passiva. *Hoc flos* & *hoc ros* constanter pronunciat genere neutro nimium ad formam *os oris*. Carendi & utendi verbo adjungit accusativum. Hæc manna mannæ inflectit, ut nos Anna Annæ. Græcorum exemplo sæpenumero nominativum ponit absolute loco ablativi, velut in commentario Psalmi

cen-

centesimi decimi quarti, & Psalmi octogesimi quarti. Nonnunquam adjungit casum, non quem recipiunt ea verba, quibus utitur, sed quem admittit verbum, quod circumloquitur, veluti Psalmo octogesimo octavo: *Memor esto Apostolos*, pro memento Apostolos. *Attropare* dixit alicubi, voce nimirum id temporis vulgata magis, quàm proba, pro eo, quod erat per Tropologiam applicare. Hanc vocem paratura, quæ Tertulliano peculiaris est, nonnunquam & apud hunc invenies, qui, ut ætate præcessit Arnobium, ita gentis ejusdem fuit. His non dissimilia quædam obvia sunt in libris Augustini, maxime iis, quibus loquutus est apud populum, velut subdiacones & diacones, & baptismum genere neutro. Hæc referre visum est, ne cui sordescat opus eruditum juxta ac pium, ob hæc & ejusmodi sermonis vitia, quæ apud eos, quibus tum scribebat, adeo vitia non erant, ut si secus dixisset, habitus fuisset barbarus. Poteram mutata phrasi, & adjectis paucis, exiguo labore totius operis gloriam in me transferre, sed primum illud semper alienissimum fuit à moribus meis, alieni meriti gratiam mihi suffurari. Deinde visus est *Arnobius* indignus, qui hac portione laudis apud posteros fraudaretur. Interciderunt illi laudati libri, quibus pugnat adversus gentes. Saltem hoc supersit illius toties Hieronymo laudati ingenii monumentum. Atque hujus quidem operis in catalogo scriptorum illustrium non meminit Hieronymus. Fortassis in causa fuit, quod is liber, ut vulgo scriptus, tantum in Africa circum-

cumferebatur, aut notior erat, omniumque manibus tritior, quam ut Hieronymus putarit recensendum. Ita rebus nonnullis nimia celebritas oblivionem induxit. Hac nimirum occaſione nunc deſideramus titulos operum *Origenis*. Simili caſu fueramus ignoraturi libros *Tertulliani*, niſi nuper aliquam partem felicior ſtudiis Deus prodidiſſet. Proferam & aliud argumentum, unde præter ſtyli conjecturam poſſis antiquitatem ſcriptoris colligere. Aliquot hæreticorum per occaſionem meminit, Manichæi, Novati, & Arrii, ſed nullius, cujus ætas poſterior fuerit ætate Arnobii. Nam Arrianam hæreſim apparet hujus ætate fuiſſe exortam. Floruit enim ſub imperatore Diocletiano, circiter annum orbis redempti trecenteſimum vigeſimum nonum. Cæterum nec Donatiſtarum, nec Pelagianorum meminit, quum utraque peſtis hæc exorta ſit in Africa, quorum priores, hoc defuncto, aut admodum ſene, exortos apparet, alteros ætate Auguſtini conſtat extitiſſe. Et tamen Arnobius hic uno atque altero loco diſputat de libero arbitrio, ubi non tacuiſſet Pelagium, ſi ille fuiſſet antiquior. Quum igitur demonſtratum ſit in his, quæ ſola poterant offendere, nihil eſſe, quod debuit quenquam offendere; quum & autorem tantopere nobis commendet Hieronymi autoritas; quum opus ipſum tanta commendet antiquitas: nunc paucis aperiam, quæ me tantopere rapuerint in hujus voluminis admirationem. Primum illud in confeſſo eſt, inter omnes ſacræ ſcripturæ libros nullum eſſe myſteriis abſtruſioribus plenum, quam

librum

librum Pſalmorum, nec alium eſſe majoribus tenebris opertum verborum ac ſententiarum. Atque in tali argumento ſimul & brevem eſſe & dilucidum, quod hic utrumque mire præſtat, mihi videtur hominis pariter & exquiſitæ facundiæ, & penitus intelligentis rem, de qua loquitur. Nullus enim paucis explicat, quæ parum intelligit. Nullus tam obſcura tam dilucide poſſet efferre, niſi dicendi rationibus omnibus exercitatiſſimus. Nusquam eſt præfationum ac digreſſionum ambagibus moleſtus, ſed ubique præclarus artifex, feſtinat & in medias res, non ſecus ac notus auditorem rapit, quod in Homero laudavit Flaccus. Nec usquam eſt ambitioſus in citandis ſacrorum voluminum teſtimoniis, ſed totus ſermo velut ex emblematis ac teſſellis arcanæ ſcripturæ concinnatus eſt, ac frequenter ita contexit Pſalmi, quem exponit, verſus aliquot, ut paucis verbis additis, etiam illa lucem habeant, quæ non interpretatur, ſed ita refert, ut perpetui ſibique cohærentis ſermonis tenor ſuam habeat gratiam. Jam quod in perſpicuis etiam argumentis difficilimum eſt, ſic docet aperte, ut nihil tamen ſinat frigere ab affectibus. Plus indicat oratio quam loquitur, ac properans multum & cogitationum & aculeorum relinquit in animo, ut neſcias, utrum prius in te efficiat, ut intelligas, an ut rapiaris. Jam hoc non ſolum eſt eruditi, verum etiam amantis, quod docet. Si quid incidit, quod ex reconditis antiquarum rerum hiſtoriis, aut ex eorum libris, qui de naturis animantium, aliarumve rerum petendum

dum erat, nihil eſt tam abſtruſum apud Ethnicos, aut ſacros etiam ſcriptores, quod hic paucis verbis non indicet, nihil interim oſtentans, aut jactitans varietatem eruditionis, quod in nonnullis etiam magni nominis ſcriptoribus ſæpe nobis moleſtum eſt, ſed rem vere ſacram Apoſtolica quadam ſimplicitate ſinceritateque tractat. Nec congerit aliena, nec usquam vim facit ſcripturæ divinæ, ſed quicquid adducit, ei loco natum eſſe dicas. Maluit enim optima referre, quam plurima. Porro quum à jocis abſtineat, quos argumenti ſeveritas non patiebatur, tamen ſentias, per totam dictionem fuſam eſſe perpetuam quandam feſtivitatem & jucunditatem. Nusquam ipſe languet aut dormitat, & ſemper alacritate dictionis ſublevat ac recreat lectorem. Sic incipit, ut illico reficiat: ſic properat, ut non poſſit ſomnus obrepere: ſic finit, ut ſitientem adhuc & plura cupientem dimittat. Jam quum in Tertulliani, Origenis, ac omnium penè veterum libris quædam admixta ſint, quæ aut manifeſtum habent errorem, aut ſuſpecti dogmatis ſunt, hic ſic ubique temperat calamum, ut nihil usquam compererim, quod ulli hæreſi ſit affine. Nam quod ſcribit in commentario Pſalmi decimi quarti: Jeſus autem immaculatus ſolus, virgineam aulam ingreſſus ipſum tabernaculum à maculis carnalibus liberavit; non ſenſit de maculis, quæ ante ingreſſum Chriſti fuiſſent in Maria, ſed quæ in aliis fæminis eſſe conſueverunt, a quibus Chriſtus ſuam matrem ſervavit immunem, & auxit caſtitatem potius quam vio-

violavit. Quin & ecclesiæ Romanæ videtur hoc honoris deferre, ut extra catholicam ecclesiam sit, qui sit ab hac alienus, quæ totius ecclesiæ teneat principatum, quæque Petrum Apostolorum principem meruerit habere Pastorem. (so viel Zeilẽ/ so viel Fehler) Locus est comentario centesimo sexto, & in commentario Psalmi centesimi tricesimi octavi. Docet eximiam quandam potestatem Petro tributam à Christo, quem ter negaverat, haud dubie loquens de potestate pascendarum ovium. De votis aliquoties meminit, sed his duntaxat, quibus, in baptismo Christum professi, mundo satanæque renunciavimus, non quod arbitrer, illum reliqua vota contempsisse, sed quod hæc, ut sunt, præcipua duxerit. Nec dubito, quin in his commentariolis Origenis industria fuerit adjutus, qui in nullum opus divinæ scripturæ frequentius edidit comentarios, quam in psalterium. Nam locis aliquot declarat se Græca calluisse. Sed interim dixerit mihi quispiam. Quid hic gratiæ tibi postulas, qui nihil largiris de tuo? Non recuso, quo minus tota laus sit penes *Arnobium*, modo quamplurimum utilitatis hic manet ad veræ pietatis candidatos. Et tamen est aliquid, prodidisse librum antehac obscurum, atque etiam ob dictionis vitia contemptum. Est aliquid, huc perpulisse Joannem Frobenium, ut suo sumptu suoque periculo novum opus excuderet suis formulis. Non enim semper æque feliciter illis cadit editionis alea. Postremo vix quisquam credat, quantum fuerit negotii in castigandis erroribus

ſcribæ, quod ut facerem, ſæpe totus Pſalmus erat relegendus, ut illinc ſubodorarer lapſus occaſionem. Erant obſervandi familiares hujus operis ſolœciſmi ac barbariſmi. Alicubi res planè Delium quempiam notatorem poſtulabat, aut Sibyllam potius. Hujus generis unum exemplum dabo commentario ſeptuageſimo ſeptimo. Scriba non intelligens ſic pinxerat: *Quod aures in faciens.* His verbis quum nihil omnino ſignificaretur, diuque me torſiſſem, divinavi id, quod res eſt, ſcriptum fuiſſe: *Quod auxeſin faciens.* Nam in plerisque ſcripturis figura hujus literæ X. non multum abhorret abr. Itaque ſcriba Græcè prorſus ignarus, & Latine minimum doctus, ex *auxeſin* fecerat *aures in.* Item commentario centeſimo quinto ſcriptum erat: *Suſcipiat regulam pœnitentiæ, excluſo nova ita ut centeſimum quintum Pſalmum &c.* Nos ex conjectura reſtituimus: *Excluſo Novato*, ſive *Novatiano*, nam uterque fuit ejusdem hæreſis, nec admittebat pœnitentem &c.

Wann aber Eraſmus in vorigen Worten die Urſache errathen wil / warum Hieronymus dieſes Commentarii nicht gedacht / ſo ſetzet der gelehrte *Crenius* P. IX. Animadv. p. 129. dieſe nöthige Obſervation hinzu: *Non poterat meminiſſe Hieronymus in Arnobio horum Commentariorum, cum ſint aliûs illo, qui contra Gentes ſcripſit, Arnobii, quod his docet Barthius Lib. LIX. Adverſarior. Cap. X. Col. m. 2792.* Ejus commentarii in Pſalmos auctor *Arnobius* longè illô Afro recentior ſcriptor eſt, nec ullo modô vicerit Deſiderius Eraſmus eundem eſſe.

esse. Et mirum, quam cœcutiant priscorum autorum recensitores in eo, quod ejusdem nominis omnia uni scriptori, quacumque ratione, dedicant. Alius enim hic à Rhetore fuit, & tamen Arnobius, potest etiam ut Afer natione etiam, tamen alius. Alius à Cicerone, qui nonnulla minùs M. Tullio convenientia scripsit, & tamen Cicero. Alius Ovidio, qui nonnulla inepta amatoria carmina lusit, non minus tamen Ovidius, quod nomen in alio à Nasone celebrat etiam Martialis. Alius à Madaurensi Platonico, Medicus quidam & Physicus, & tamen Appulejus. Sic diversi fuerunt tot seculorum successionibus Orphei, Callimachi, Platones, Musæi, Quintiliani, Senecæ, Catones, Claudiani, Fausti, Paullini, Cæsares, Avieni, Antonini, Victores, Plauti, Prudentii, Donati, Rufini. Quorum diversorum scripta sub unius tamen titulum redigere laborarunt Criticorum principes, ut in aliis infinitis rebus optimi judicii; ita in hac prorsus impares tanto nomini ferendo. At in *Arnobius* istis tanta diversitas ingeniorum atque styli est, ut majorem esse posse vix existimem. Alter semibarbarus, & vix Latinitatis intelligens, alter usque eò eruditus, ut Rhetoricam Latinè docuerit, multos præclaros discipulos instruxerit, & doctrinâ reconditâ atque sagacitate antiquæ Lectionis Varronum & Nigidiorum sit similis, antiquissimorum morum, rituum, Juris Pontificii vetustissimi consultus, Theologorum & Initiorum omnia mysteria doctus. Nec nomen ipsum Arnobianum fuit usque adeò incelebre, cum & Ter-

tii hujus nominis ſcriptoris monumentorum aliquid, neſcio cujus momenti, ad nos pervenerit, quod *Irenao* abs ſe promulgato adjecit *Fevardentius.* Commentarius autem Arnobii ille in Pſalmos multis aliundè intruſis gloſſematis eſt conſpurcatus, ut vel hæc modò producta verba docere valeant. *Reperit brevius eadem idem Barthius, Lib. LX. Adverſarior. cap. I. col. 2823. - - Ad verba Arnobii, priori locô ex explicatione in Pſalm CVIII. p. m. 416. Cardinali citata:* Dilexit maledictionem Adæ, quæ per Chriſtum affertur, & utique elongabitur ab eo. *Nota ex arbitrio* eveniſſe, ut nollet, propter hæreſim, quæ dicit, Deum alios prædeſtinâſſe ad benedictonem, alios admaledictionem. Hic enim ex dilectione ſua maledictionem habere probatur, & nolle ſuum benedictionis præmium non habere. *Ad hæc, inquam, Arnobii verba Rodolphus Snellius in margine ſui olim, nunc mei, codicis hæc notavit ſuâ manu:* Eſt hoc prorſus Eraſmicum, quod nimium ſapit liberum arbitrium. *Quaſi verò hæc Eraſmus & non Arnobius ſcripſiſſet. Et quid quæſo fiet Chriſto, dicenti* Matth. XXIII. 37. Quare errat Autor præfationis (fortè *Anton. Thyſius* JCtus) præfixæ Arnobii libror. VII. adverſus Gentes editioni Lugdunenſi Batav. M. DC. LI. in 4to. putans, eumdem Arnobium ſcripſiſſe etiam, teſte Trithemiô in Pſalterium Lib. I. *Uti & Cl. Daniel Georg. Morhofius Eraſmo ſubſcribens in de Patavinitate Liviana libro, Cap. VI. p. m. 79. ſ. redargutus ab eximio litterarum omnium ornamento, Joh. Mollero, Flensburgo-Cimbro,*

bro, in Cap. VI. Homonymoſcopia, §. *XVI. p. m.* 542. *edit. Hamburg. M. DC. XCVII. in 8to.*

Cœterum, ſchreibt gedachter *Lorinus* l. c. p. 11. quas eidem Auctori laudes Eraſmus tribuit à perſpicua brevitate, eruditione, feſtivitate, pietate, orthodoxa doctrina: facile conceſſero, ſi judicium illud eximas, quo ſententiam *Auguſtini* de prædeſtinatione cenſere Hæreticam videtur. Franciſcus *Fevardentius* in Arnobii cum Serapione altercatione, quam appinxit Irenæo ſuo, arbitratur, illius auctorem altercationis Arnobium hunc ipſum eſſe, qui Pſalmorum: eadem namque in ea repeti, quæ ſint in Commentario Pſalmorum, ſtylum eundem: reprehendi ibi Arianos, Neſtorianos, Photinianos: laudari Ambroſium, Auguſtinum, Damaſum, Cyrillum Alexandrinum Leonem.

Is, de quo minus poſt Arnobium, dubito ex Latinis, eſt Ruffinus: cujus extat nomine in ſeptuaginta quinque Pſalmos Commentarius. Non eſſe, ut in titulo tamen eſt, Aquilejenſem illum presbyterum antagoniſtam Hieronymi, ratio una perſuadet, quod, ut obſervabit, qui leget, ipſiſſimas Auguſtini uſurpat, verbis etiam iisdem licet redactis in compendium, ſententias. Inveriſimile autem eſt, Auguſtino etiam aliquanto ſeniorem, & qui ſit auſus cum Hieronymo contendere, Auguſtini fere perpetuo uſurum doctrina fuiſſe verbisque. Immo nonnunquam tranſcribit multo recentioris Gregorii ſententias. (*ut in Pſ.* 68. *ex Grego. hom.* 12. *in Ezech.*) Sed nec ullum legi, qui operibus Ruffini annumeret dictum in Pſalmos

Commentarium, non Gennadium, non Honorium, non Trithemium, non Sixtum, non Possevinum.

Meine andere Edition ist in 4. hoc titulo:

ARNOBII,

Aphri vetusti pariter ac laudatissimi scriptoris in omneis psalmos commentarii, juxta pii sanè atque eruditi.

D. Erasmi Roterodami, in autorem præfatio ad Adrianum VI. Pont. Max.

In Psalmum: Quare fremuerunt gentes absolutissimus commentarius Erasmi Roterodami.

Apud sanctam Ubiorum Agrippinam, per Eucharium Cervicornum.

Anno M. D. XXII.

Ex his Commentariis Pontificii probare conantur Invocationem sanctorum (*Garetius* de invo. S. fol. 14.) Christi descensum in Limbum Patrum, (*Fevardentius* in Jræneum.) Realem Christi in sacramento præsentiam, (*Garetius* de Reali præsentia fol. II.) sacrificium Missæ (*D. Smith.* de externo sacrificio fol. 29.) Primatum Petri (*Dorman.* Disp. pag. 67.) Præeminentiam Romanæ Ecclesiæ &c. Et quo majorem excitent de eo opinionem, (*Stap.* doc. princip. lib. VI. cap. 15. ajunt (*Dorman* disp. p. 65.) fuisse *Patrem antiquum, eloquentem, doctum, qui tempore persequutionum, ante Constantini scilicet Magni ætatem, vixerat; quique*

Lactan-

Lactantium Firmilianum magno excellentique ingenio & eloquio discipulum habuit. Conf. *Gerhardi* Conf. Cath. Lib. I. P. II. cap. 13. p. 635.

Stylus inconditus, ac sermo innumeris solœcismis & barbarismis scatens, palam arguit, Autorem magis, quam cœlum à terra distare ab Arnobio illo, cujus nunc habemus septem facundissimos contra gentes libros, inquit *Sixtus Senensis* Bibl. S. Libro quarto p. 201. *Idem* in Præfat. Biblioth. Typographi inter multos partus spurios suppofuerunt nobis Arnobii Rhetoris in Psalmos Commentaria.

Commentarii in Psalmos falso tribuuntur Arnobio, inquit *Maldonatus* Com. in Lucam. cap. 1. 8.

Hic autor, quicunque sit, certè non est Arnobius ille, Præceptor Lactantii, qui scripsit libros 7. adv. Gentes, sed aliquis multo recentior, ut aliqui ante nos observarunt, inquit Bellarminus. (De amissa grat. & statu peccati. Lib. IV. cap. 9.) Atque hinc est, quod promittens, in quæstione de sacrificio Missæ se adducturum testimonia patrum Græcorum & Latinorum ordine temporis, post *Augustinum* & *Leonem* primum citat (Lib. I. de Missa cap. VI.) *Arnobium comment. in Psal. CIX.* & alibi citat eum post Greg. I. *Hunc Autorem hoc loco posuimus* (inquit ille *Bellarm.* de libero arbitrio, Lib. V. c. 26.) *quoniam non floruit post Bedam - - & tamen floruit post heresin Pelagianam exortam, ut ex multis locis commentariorum ejus in Psalmos intelligi potest. Itaque non est ille Arnobius, qui scripsit 7. libros contra gentes, sed alius recentior.* (*lib. de script. Eccles.*) *Refellit enim etiam heresin prædestinatianorum*, (*in*

Psal. CIII.) quæ tempore Augustini, vel postea exorta est. (Psal. CIII.) refellit & Photinum, qui tempore Valentiniani Imperatoris vixit, quo tempore Arnobius superstes esse non poterat. Hæc ille. *Cocus* in Censura Script. Vet. p. 157. seq.

Conf. *Joh. Gerhardi* Patrolog. pag. 186. *Andr. Riveti* Crit. Sacr. Lib. II. cap. 17. p. 241. *Frid. Samuel. Geroldti* Apolog. pro voto B. Mariæ p. 114. *Phil. Labbe* Tom. I. Dissert. de Scr. Eccl. p. 106. *Vossii* Histor. Pelag. Lib. I. cap. 11. p. 52. *Hendreichi* Pandect. Brandeb. p. 290. *Alph. Salmeronis* Disp. I. in 2. Epist. Petri. *Abr. Sculteti* medullam Patr. Lib. IX. pag. 374. *Dan. Chamieri* Panstrat. Tom. II. Lib. II. cap. 10. §. 12. *Joh. H. Hottingeri* Pentad. diss. 2. p. 76. *Guil. Crovvæi* Elench. Script. p. 66. *Joh. Hülsemanni*, Patrolog. p. 1088. *Deckeri* Conject. de Script. adesp. p. 35. Et quis omnes enumeret? setzt *Mollerus* hinzu l. c. p. 541.

Der bekandte GOTTFRIED ARNOLD hat der Evangelischen Botschafft der Herrlichkeit GOttes in Christo JEsu im Anhange kurtze Betrachtungen über den Psalter (welche von dem Autore Consiliorum Theolog. herkommen) mit beygefüget p. 1344.--1540. Franckfurt 1706. 4. Was beydes von dem Wercke selbsten und gedachtem Anhange zu halten/ haben die wehrten Autores der unschuldigen Nachrichten A. 1706. pag. 168. deutlich gezeiget: Es ist Herr Gottfried Arnold/ nach abgelegter Altstädtischen Hof-Prediger Stelle/ zum Pastore und Inspectore zu Werben in der Marck bestellet worden; wobey wir wohl hertzlich wün-

wüntschen / daß solches der dasigen und umliegenden Evangelischen Gemeinden nicht zur Zerrüttung gereichen / sondern vielmehr durch die Krafft dessen / der überschwenglich thun kan über alles / was wir verstehen / alles zum besten möge gewendet werden. Und hierzu glimmet noch einige Hoffnung in der Liebe / wenn wir gegenwärtige Postille über die Sonn- und Fest-Täglichen Evangelia betrachten / in welcher der Herr Autor zum wenigsten den äusserlichen Expressionen nach unanstössiger / als in seinen übrigen Schrifften verfähret / also daß wir sie auch seiner Ao. 1704. pag. 483. seq. recensirten Epistolischen Postille vorziehen müssen.

In der Vorrede suchet er zu erweisen / daß das allegorische Erklären der Schrifft / wenn es in seinen Gräntzen gehalten würde / frey stehe / weil er die Evangelia selbst allhier allegorisch erkläret. Seine Realien im gantzen Wercke gehen meistens darauf / daß man nicht aufs opus operatum trauen / Christum sich nicht als fern und müssig / sondern als nahe und kräfftig vorstellen / alle seine eigene Würdigkeit vor GOtt niederlegen / und ihm alles allein zuschreiben solte / welches gar rühmlich ist; wie er denn insonderheit p. 2. seq. wider die eigene Gerechtigkeit der Wiedergebohrnen gar wohl zeuget. So schreibt er auch in andern Dingen / die sonst von ihm und seines gleichen streitig gemacht worden / besser. Zum Exempel von der Genugthuung Christi / die er pag. 77. als eine göttliche Wahrheit anführet. Wie er denn auch p. 67. gestehet / daß Christus ausser uns auch ein Geheimnüß sey. Unter an-

dern bekennet er auch in der Erklärung des Evangelii am andern Advents-Sonntage/ daß selbiges vom jüngsten Gerichte zu verstehen sey.

Hingegen ist noch manches / so augenscheinliche Seelen-Gefahr mit sich führet / allhier zu finden. Hierzu muß man zehlen / was p. 1115. stehet: **Der in allen Seelen verborgene unsterbliche Funcke treibe in geheim darzu / daß man sich nach einem beständig bleibenden ewigen Troste umzusehen habe**; als müsten denn diese Worte bloß von einem blinden General-Sehnen verstanden / und von dem geistlichen wahren Troste gar abstrahiret werden / von welchem aber l. c. die Rede ist. Confer p. 364. **Daß alles wissen / wann man gleich die gantze Schrifft verstünde / müsse darnieder gelegt / und allein nach Christo geforschet werden** / schreibt der Autor p. 37. eben als müste Christus nicht in der Schrifft gesuchet werden. Wie es dann auch an andern Orten das Ansehen hat / als wolle man aus Christo einen solchen Lehrer machen / der ohne die Schrifft lehre / und sie schweigen mache. In solchem Sinne stehet pag. 513. Es sey eine gute Hülffe / wenn man die Schrifft forschet / da könne **hernach** der Glaube desto besser Eingang im Hertzen finden / wo man auch **durch den äusserlichen Buchstaben** davon überzeuget wird. Man habe aber Exempel genug von Seelen / **die keine Buchstäbliche Nachrichtungen von Christo gehabt** / dennoch durch den H. Geist zur lebendigen Krafft der göttlichen Erkänntnüß gebracht worden. Man kan

kan auch nicht sehen / wie die Worte / p. 193. unanstössig könten erkläret werden: Ob wir schon sehen / daß die jetzigen unvernünfftigen Gottes-Dienste und Menschen-Satzungen nicht immer bestehen werden / können wir doch ꝛc. noch einige aus dem Feuer zurücken / uns solchen noch so lange unterwerffen. Vom Worte Gottes schreibt er p. 273. es sey ein Saamen / der alle und jede Hertzen berühren muß / GOtt habe es auch den Heyden offenbahret. Die Redens-Arten / GOtt muß sein Wort aus der Schrifft lebendig machen / p. 179. und / das ewige Wort GOttes macht den Ausdruck des göttlichen Willens / wie er in der Schrifft geoffenbahret ist / lebendig / p. 209. sind auch gefährlich genug. Ingleichen die Expression p. 209. Es liegen in dem Menschen solche Kräffte der Seelen / dadurch er alles kan fassen. Dieselben sind durch die Sünde todt und untergedruckt. Das Wort erweckt die todte Krafft / daß der Mensch anfängt die Gnade zu gebrauchen / wie es seelig und gut ist. pag. 1048. 1049. Als würden die geistlichen Kräffte nicht geschencket und von neuen gegeben. Von der Heil. Tauffe und ihrer Krafft redet er mehr als zu zweydeutig / pag. 751. 752. Sonst mercket man auch / daß er alle Gelegenheit suchet / auf die jetzige Kirchen-Verfassung loß zu ziehen / und insonderheit dem Predig-Amte promiscuè die schändlichsten Dinge schuld giebt. Zum Exempel / man habe vor diesem von der Wiedergeburt wenig oder nichts ge-

hö-

höret / als daß sie die Tauffe selbst sey / pag. 741. Man lehre noch jetzo: Weil Christus vor alle Menschen genug gethan / so habe man wohl Freyheit zu sündigen / p. 957. In Warheit / gäbe es solche Böswichter / so wolten wir unter den ersten seyn / die sie aus Gottes Worte angriffen und bestrafften. Aber GOtt Lob! dergleichen können wir uns nicht erinnern von einem Prediger gelesen oder gehöret zu haben / ob wir zwar freylich über die Lauigkeit ihrer vieler hertzlich seufftzen.

Es werden mitten in dem Texte zuweilen gelehrte Noten eingebracht / so meistens in Anführung vieler Stellen aus den Patribus bestehen: Jedoch hat sich auch da manches unrichtiges mit eingeschlichen. Zum Exempel / wenn pag. 38. behauptet wird / es könne nicht die geringste tüchtige Ursache gezeiget werden / warum das forschet Joh. V. 39. imperative zu erklären sey / wowieder zu lesen / was wir Ao. 1703. p. 582. hiervon bemercket. Arnold urgiret / es stünden lauter Indicativi vor und nach. Aber er bedencke doch / daß vor diesen Indicativis entweder ὑμεῖς, oder die particula negativa, zum klaren Unterscheide stehet. So wird auch pag. 920. verfochten / daß allerdings 3. Stücke des Menschen indistincte wären / nemlich Geist / Seele und Leib.

Im Anhange finden wir eine Buß-Ermahnung / eine Rede vom Abendmahl / welche so auf Schrauben stehet / daß man sie ohne allen Zwang nach dem Sinne der heutigen Reformirten auslegen kan / die auf dem Schloß zu Altstädt am Sonntag Exaudi, 1705.

1705. gehaltene Abschieds-Rede / in welcher der Autor gleich zum Anfange über das üble Tractament, auch sonst über seine bißherige Zuhörer klagt / ingleichen die Anzugs-Rede zu Werben gehalten. Endlich folgen Paraphrases über die Psalmen Davids mit stetiger Application auf die jetzigen Zeiten/ welche der Autor derer Ao. 1704. p. 601. recensirten Consiliorum soll aufgesetzet haben. Die Applicationes führen zuweilen viel böses mit sich. Zum Exempel p. 1405. da die Worte Psal. XXXII. 1. 2. also gegeben werden: Wohl dem/ welchem Jehova die Ubertretung weggenommen/ und sein inwendiges gereiniget hat ꝛc. dessen inwendiger Grund gesaubert ist/ der seine Sünden nicht bedecket ꝛc. Da man ja augenscheinlich siehet / daß der Autor das *absolvi*ren / zudecken und nicht zurechnen der Sünde / welches im Grund-Texte so Sonnenklar stehet/ hat verläugnen wollen. Was Arnold dawider eingewendet/ ist in seinen Historisch-Theologischen Betrachtung merckwürdigen Wahrheiten p. 129. seq. zufinden.

ASTERIUS, Arianæ factionis Philosophus Scythopolitanus. Scripsit in Psalmos, cujus fragmenta extant in Catena Græca Psalmorum præposito ejus nomine. Coment. breves in IV. Evangelia, Epistolam ad Romanos. Et, ut quidam volunt, in omnes Epistolas Pauli V. *Hieronym. Cap. 94. de Script. Eccles. Socratem l. 24. Sozomenum Prateolum in voce Asterius. Baronium A. C. 325. 336. 370. Athanasium libr. de Synodis. Labbe ad Bellarm. de Script. Eccles. Possevinum in Appar. l. c.*

Tom.

Tom. I. p. 123. S. Petræum in Catal. Hæretic. pag. 25. Six. Senensem in Bibliotheca S. p. m. 227. Olear. in Abaco & in recentissima edit. Ao. 1711. sub tit. Bibliothecæ Scriptorum Eccl. in 4to. P. I. pag. 84. *Du Pin* Tom. II. Bibl. Nouv. pag. 64. Vixit sub Constantio Imp. circa A. C. 304. vel 308. *Hendreich.* l. c. pag. 313. *Mollerus* in homonymoscop. p. 418. tres Asterios ductu Olearii benè distinguit, & quartum addit, Asterium Urbanum. Conf. *Cave* in Hist. Lit. Scr. Eccl. p. 201. König in Bibl. p. 68. nennt es eruditissimos commentarios.

liche Worte sind diese: Illud restare existimabam, ut Sancti Patres, cum Græci tum Latini, à fœdis *harpyiarum*, hoc est, *hæreticorum unguibus* vindicarentur: ut cœpit nuper P. Fronto Ducæus, in Chrysostomo, Nazianzeno, & Nysseno. Nam hæretici, *plerique Medici*, ac mercenarii scriptores interpretandi munus per nefas ad se rapuerunt, qui vel in alienam messem falcem mittere, vel extra chorum, quod ajunt, saltare consueverunt. *Musculus* enim & Cornarius Medicus quid in BASILIO M. præstiterint, quaque fide sint versati, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶντες, ut BASILII nostri in *BASILIO* verbis utar, Græca ejus editio, quam Lutetiæ adornari audio *communi cleri Galliæ sumptu*, cum lucem adspexerit, luce meridiana clarius ostendet. Von *Wolfg. Musculo* werden wir hernach in gehöriger Ordnung handeln. Von *Jano Cornario* aber ist aus *Joach. Felleri* Cygnis quasimod. lit. D. 3 bekandt/ daß er in Græca literatura wenig seinesgleichen gehabt: warum solte er denn nicht dieser Version gewachsen seyn? Conf. Tob. Schmids Zwickauische Chronic. P. I. p. 485. Hätte Cornarius diese Jesuitische Censur erleben sollen/ so wäre es P. Schott nicht besser als dem *Leonhardo Fuchsio*, Medico Tubingensi, ergangen/ welcher Cornarii Ubersetzungen an vielen Orten getadelt/ den er aber in dem Buche/ so er Vulpeculam excoriatam seu refutationem *Leonhardi Fuchsii* tituliret/ und in einem andern Nitra seu Brabyla pro Vulpecula excoriata asservanda genannt/ empfindlich durchgezogen/ wie *Joseph Pitton Tournefort*

(Aqui-

(Aquisextiensis Doctor Medicus Parisiensis, Academiæ Regiæ Scientiarum Socius, & in Horto Regio Botanices Professor) in Institutionis Rei Herbariæ Tom. I p. 27. seq. (Edit. Paris. 1700. in 4t.) erzehlet. Was aber Monsieur Fuchs / sein Antagonist / vor ein stattlicher Potentat gewesen / ist aus vorerwehnten D. Fellers l. c. zuschliessen: In græca literatura & praxi medica minime ad gloriam *Cornarii* assurrexit, quippe qui ignoravit aliquando, quomodo filiolæ, quæ cultro digitum læserat, adhibere medelam deberet. Unde & *Scherbius* in Polit. Arist. pag. 181. id referens: Hic fuit, inquit, tam præstans in Cathedra, in praxi verò nullus. Wann aber nach der falschen Hypothesi P. Schotts niemand / als ein Papiste / die Patres vertiren soll / wie kommts dem / daß er selbst den ehrlichen Lutheraner / Eliam Ehingern / dazu animiret hat? Wie aus des Jesuiten eigenhändigen Brieffe bezeugen kan / welchen wir vorhin sub nomine Athanasii angeführet haben. Sind die Lutheraner Ketzerische harpyen / wie er lästert / warum lobt er heimlich ihre Arbeit / und solicitiret so sehnlich darum? Oder wer hat denen Jesuiten das Monopolium aufgetragen? Ja warum hat er seine Vorrede so gar vergessen / und eben in diesem Wercke p. 561. des so verhasten *Cornarii* Version mit inseriret? Warum hat er sie pag. 160. interpoliret? Wer aber den harpyen gleich mit der Patrum Schrifften verfahren / davon können soviel Indices expurgatorii ein unwidersprechliches Zeugnüs abstatten. Auf unsern Basilium aber zu kommen / so sind desselbigen

bigen Homiliæ in Psalmos, oder vielmehr Vorreden über dieselbige in Schotti offterwehnter Edition p. 46. seq. zufinden / *Godefrido Tilmanno* Carthusiæ Parisiensis monacho interprete &c. usque ad p. 96. Da denn der Jesuit hin und wieder in den beygefügten notulis & exlamationibus gewaltig auf die Protestanten stichelt. Was aber Basilius daselbst von der Rechtfertigung gelehret / lautet viel anders/als die Påpstische Hypotheses: Quomodo, schreibt er in Psalm. XXXII. sub fin. pag. 68. aliquis super ejus misericordia sperat? Is videlicet, qui non his nititur, quæ præclare ac fortiter gessit, neque item se sperat ex operibus justificatum iri, sed *TANTUM* in Dei misericordia spem collocat. Das kommt genau mit dem überein / was er p. 155. de humilitate geschrieben: Ea demum perfecta & omnimoda gloriatio est in Deo, quando neque propter suam ipsius quis justitiam extollitur, sed agnoscit, se quidem vera destitui justitia, verum *SOLA* in Christum fide justificatum esse. Was der Heiligen ihre Bildnüsse helffen / und ob nicht ein pur lauterer Aberglaube dabey sey / zeiget er Psalm. XLV. pag. 82. Unus tibi pusio ægrotat? quaquaversum circumfers oculos requirens incantatorem, aut certè eum, qui supervacaneos vanosque characteres seu figuras puerorum innocentium collo circumliget, eo interim contemtim omisso, qui restituere potest sospitati. Der Beschluß des 115ten Psalms p. 95. ist gar notabel, welches unsre Schleicher und Winckel-Prediger/ die unter dem Schein der Gottseeligkeit die offentlichen

lichen Versammlungen verachten und verlassen/ wohl mercken mögen: Audite, qui Ecclesiam relinquitis, & in domibus versati communibus, miseras facitis communes corporis preciosi scissuras, audite, inquam, quod vota precesque persolvere oporteat in medio Ierusalem, h. e. Ecclesiæ Dei: neque enim juxta veterem cultus divini ritum suam cuique aram figere licebat & statuere. Ad hoc homines mente corruptos adsciscis in contubernium, quorum convictu te ipsum inquinas ac defœdas. A talium pestilenti imitatione vos abarcete populus Domini &c. Sonsten werden auch dem Basilio die bekandten Scholia in Psalterium zugeschrieben / davon uns Andr. Schottus l. c. p. 694. diese Erläuterung giebt: Scholia hæc excerpta sunt è Commentariis in Psalmos Johannis Chrysostomi & Theodoreti, ut observavit *R. P. Fronto Ducæus*, & per Epist. monuit *P. Ant. Possevinum*, qui in Apparatu sacro id monuit his verbis: Quæ in Psalmum primum scribuntur, & in alios tredecim sequentes, ex Chrysostomi Homiliis in Psalmos decerpta sunt, in epitomen redactis, quarum antiquus est interpres apud Chrysostomum (ut ex manuscriptis collegit noster *Fronto Ducæus*, qui de hac re nos monuit) non autem *Gentianus Hervetus*, ut credidit *Sixtus Senensis*. Istius verò Commentarii Basiliani *Wolfgangus Musculus* interpretationem pertexuit, & apud Oporinum Basileæ curavit excudi, anno ejus seculi M. D. LXV. At quia non extabant (ut neque nunc extant) Homiliæ Chrysostomi in Psalm. 15. 16. 17. & cæterorum,

usque ad quadragesimum secundum, is qui Commentarium hunc consarcinavit, *Theodoreti* verba exscripsit, ut ex collatione interpretationis *Musculi* & *Antonii Card. Caraffæ* liquebit. Jam quia reperitur Homilia Chrysostomi in XLII. Psalmum, & reliquorum usque ad quinquagesimum primum, ex cujus scriptis in compendium redactis hic collector suam telam confecit. Rursus ubi se destitui *B. Chrysostomi* sermonibus sensit, ad *Theodoretum* rediit, ut in quinquagesimum primum, & ceterò octavum, & reliquos quadraginta duos è Chrysostomo petitis enarrationibus illustravit: quo admonemur, frustra nos Chrysostomi Homilias non quæsituros in alios Psalmos; quarum epitomen in hoc Oporiniano Commentario apud Basilium non reperiemus. Conf. *Riveti* Critic. S. L. III. cap. 20. p. 333.

Wegen D. Beckers wil mich mit D. Backio prolegom. in Psalm. pag. 9. gleicher transition bedienen: Nihil dicamus de illis, qui commentari equidem in Psalterium, vel legendo vel concionando, strenuè cœperunt, sed pensum non absolverunt, ut Lipsiæ *D. Cornelius Becker*, *Joh. L. Muhlmannus*, *D. Henr. Hœpfnerus*, & quæ sunt consimilia alia Scholarum & Ecclesiarum lumina ac columina.

In BEDÆ Operibus ao 1554. Paris. T. VIII. finden sich desselben in Psalmorum librum Commentaria, quorum volumen est locupletissimum, quodque incipit: *Quoniam illo auxiliante, sine quo omnis actio.* Sed in Psalm. LII. Commentarius ube-

uberior, cujus initium: *Complures clericos.* Et in Psalterium quidem ex Hebraica veritate Meditationum liber unus: in quo excerpti sunt omnes versiculi ac sententiæ ad orationem pertinentes, insertis nonnullis precatiunculis, quo mens orantis excitata & instructa Davidicis verbis, facilius & ardentius in Deum evehi possit.

Vocabulorum Psalterii expositio, item de diapsalmate collatio.

Sermo de eo, quod in Psalmis legitur: *Dominus de cœlo perspexit &c.* welches alles *Possevinus* aus *Sixti Senensis* Bibl. Lib. IV. p. 214. genommen/ ohne daß er seiner dabey gedacht hätte. Wer die Judicia aus den vorigen Theilen von Beda nachschlagen wil/ wird leicht erachten können / was auch von diesem Commentario zu halten sey.

ROBERTUS BELLARMINUS, natione Italus Politianus, natus Ao. 1542. d. 4. Oct. In Societatem Jesu receptus est d. 20. Sept. Ao. 1560. Collegii Romani Rector, post Provinciæ Neapolitanæ Præpositus, tum Sacræ Inquisitioni à Conciliis, inque Collegio Pœnitentiario Rector, demum Cardinalis. Vid. *Freheri* Theat. p. 67. obiit d. 17. Sept. Ao. 1621. Sonsten heist sein völliger Nahme *Robertus Franciscus Romulus Bellarminus* (qui triplex hoc nomen retulit è lustrali fonte, quanquam *Roberti* tantum nomen inter usitatas appellationes illi perpetuum adhæsit, quia fuerat à Roberto Puccio Florentino Card. è S. fonte susceptus) *D. Christiani* in Dissert. de 70. Interpretum translatione p. 52.

Tom. V. der zusammen gedruckten Schrifften

Bellarmini hält in sich explanationem in Psalmos Edit. Colon. 1617 in fol. Wie er darinn verfahren/ entdeckt er selbsten in der Dedication an Pabst Pium V. mit diesen Worten: Cum primum ex ordine Religioso ad Cardinalatum, imperio sanctæ memoriæ *Clementis VIII.* Pontificis Maximi, vocatus sum: mecum ipse cogitare cœpi, studium contemplationis rerum sacrarum, ob auctas publicas occupationes, non esse facilè deserendum. Et cum ambigerem, quid potissimum ex corpore sanctarum Scripturarum mihi desumerem, in quo meditando & explanando laborarem, obtulit se liber Psalmorum, quem Ecclesiastici omnes quotidie legunt, & *pauci admodum intelligunt.* Neque terruit me multitudo eorum, qui in Psalmis elucidandis egregiè desudarunt: quoniam tanta est Psalmorum obscuritas, ut nullius labor in iis explanandis supervacaneus videri possit. Quare horas illas, quibus à publica functione vacabam, ac præsertim nocturnæ quietis tempora in meditatione Davidicorum Hymnorum non sine animi voluptate consumpsi. Et quamvis toto triennio, quo Capuæ Archiepiscopus fui, & Romæ postea in scribendis variis opusculis occupatus, integris sæpè mensibus opus inchoatum intermiserim: tandem tamen hoc anno Psalmorum explanationem ad exitum, Domino adjuvante, perduxi. Propositum verò meum non fuit, omnes aliorum explicationes, præsertim recentiorum, considerare, vel libros eorum evolvere, multò etiam minus aliorum scripta in Commentarios meos transferre; sed

ſed brevitati & perſpicuitati ſtudere, vulgatam Latinam editonem pro viribus defendere,& ſpirituali mentis refectioni ac piæ devotioni conſulere. Inde factum eſt, ut omnes Pſalmi ſatis dilucidè, niſi fallor, explicati, ſed non omnes æque fuſè tractati à nobis ſint: & fortaſſe non deerunt,quibus aliqui valde breviter, & jejunè, ut nonnulli ex primis, alii multo plenius, & uberius; pauci verò nimis copioſè expoſiti videbuntur. Sed non eadem ſemper adfuit ſpiritualis devotio, non eadem ſemper mentis alacritas; & Pſalmorum ego tractationem magis propria meditatione, quam multa librorum lectione compoſui.

Johann Mabillon in Tractatu de Studiis Monaſticis p. 820. nennt dieſes Werck Commentarium probabilem.

Bellarmini perſpicuæ paraphraſes cum ſelecta nonnunquam tropologia, & editionis vulgatæ apologia, quas publicis Eccleſiæ occupatus negotiis, horis deſcribit ſubſecivis, aut morulis potius, quas licet ei ſuffurari, non ita multo poſt, ut ipſe ſperare nos jubet, ad omnium utilitatem evulgabuntur. *Lorinus* Tom. I. Comment. in Pſalm. p. 12.

Wer ein mehrers von Bellarmini Lobe und Leben wiſſen wil / leſe *Tarquinii Gallutii* Orationem de Bellarmino, qua decimo ab obitu die *Robertum* in concione laudavit; *Sebaſtiani Badii* Decora Roberti Cardinalis Bellarmini; *Euſebii Sarrini Florentini*, Ord. Ciſtercienſis Abbatis,elogia, quorum partem exhibet *Andreas Ferdinandus Ughellus Florentinus* Abbas, Italiæ Sacræ Tomo VI. f. m. 450. *Jacobi*

Fuligatti vitam Roberti Bellarmini, Italicè primum ſcriptam editamque Romæ Ao. 1624. 4to. tum Latinè verſam à *Silveſtro Petra Sancta* Leodii 1626. 4to. & Antwerpiæ 1631. 8vo. Gallicè vero translatam à *Petro Morino*, Jeſuita Pariſ. 1628. 8. (welcher Autor inſonderheit von Bellarmino meldet / daß / als er auf der hohen Schule zu Löwen der Hebräiſchen Sprache Profeſſor worden / nicht einmal einen Hebräiſchen Buchſtaben gekennt / geſchweige denn leſen können) *Phil. Alegambe* Bibliothec. Scriptor. Soc. Jeſu, p. m. 722. ſeqq. *Danielem Bartoli* de vita Bellarmini Rom. 1618. 4to. *Marcellinum Cervinum* de vita & moribus Bellarmini, Senis 1622. 8vo. *Didacum Ramirez* in vita Bellarmini ex variis autoribus concinnata & *Nicolao Antonio* in Bibliotheca Hiſpana memorata; Narrationem de pio obitu Bellarmini excerptam ex literis *Eudæmono Johannis*, & vulgatam Dilingæ Ao. 1621. qui illi Cardinali fatalis fuit; *Joh. Imperialem* in Muſeo Hiſtorico p. 162. ſeq. *Andream du Sausſay* in continuatione libri Bellarminiani de ſcriptoribus Eccleſiaſticis pag. 65. Ianum Nicium Erythræum in Pinacothec. l. p. 84. Noch mehrere Autores allegirt Hendreich in Pandectis p. 493. Und nur neulich iſt heraus kommen la Vie du Cardinal Bellarmin par le *P. Frizon* Pariſ. Ao. 1709. in 4to. Vid. D. Löſchers unſchuldige Nachrichten A. 1709. p. 348. ſeq.

Wir könten viel Bögen von unterſchiedlichen Elogiis und Judiciis über ſeine Perſon und Schrifften füllen: es dörffte aber Freund und Feinden wenig

nig damit gedienet seyn/ wie aus *D.* Mayers Ecloga de fide Bellarmini ipsis pontificiis ambigu (Ed Amst. 1697. in 8vo.) zur gnüge erhellet.

Was in diesem stattlichen Scripto der geneigte Leser zu hoffen / kan er aus dieser einigen Probe beurtheilen p. 194. seq. Monet *Launojus* & detestatur,

1. *Malis artibus* quandoque Bellarminum sua defendisse dogmata Par. II. Epist. I. ad *Raimundum Formentinum* p. m. 46. *Sed Bellarminus utriusque rationem eandem faciens egregie* παραλογίζει, *atque ita de causa suæ bonitate mirum in modum detrahit. Nam ostendit, illam non nisi malis artibus defendi posse.*

2. *Decipere voluisse Lectores incautos* P. V. Ep. II. pag. 389. ad *Antonium Varillaum:* Ut apud Tacitum quidam magis est extra vitia, quam cum virtutibus; sic & Hesselii & Bellarmini Lemma est magis extra oppugnationes, quam cum præsidiis. Titulus est sine re, quia nec Lucas, nec laudatorum à Bellarmino Patrum ullus est, qui de docenda tota Ecclesia loquatur. *Purus putus fucus est id olum caverna. Hinc tam facilè negatur, quam facilè asseritur, summum Pontificem, cum totam Ecclesiam docet, in iis, quæ ad fidem pertinent, nullo casu errare posse.* Et negatio hæc validissimè confirmatur iis autoritatibus, quas Bellarminus in probationem sui lemmatis adducit, & quas supra expendimus. Verbo dicam uno: Lemma illud ab architectis suis non statuitur, ut ulla afferatur veritas, sed ut eo tanquam laqueo simplices irretiti teneantur. Mera est decipula, quæ incautos, bucones, & sto-

lidos homines, quorum est infinitus numerus, involvat. Et P. II. Epist. II. ad *Felicem Philippeum Brossam* p. 101. Heu prisca & integra fides! Nicolai ratiocinatio apud Bellarminum principio & fine minuitur, & quod superest vastum & hiulcum opponitur: & sic incautis lectoribus parantur insidiæ.

3. *Argumenta nullius virtutis sæpius adhibuisse* P. II. Epist. V. ad *Hadrianum Valentinum* p. 149. Nam Autoris hujus (de Bellarmino scribit) verba simpliciter referre simpliciter confutare est: usque adeo veritati & æquitati adversantur.

4 *Sublestæ fidei esse in citandis Testimoniis.* Exemplis plurimis id *Launojus* probat, quæ ex copiosissimo indice epistolarum Launoji edit. noviss. Cantabrigiensis peti possunt.

Quæ res effecit, ut in conflictibus publicis, quando Bellarmini autoritate premerentur Doctores Papæi, illi non adsurgerent, sed suam ipsi objicerent Bellarmino. Ita *Valerianus* *M. Ego meam Autoritatem Bellarmini contra pono*, apud *Honoratum Fabrum*, Soc. Jesu, in Apologetico Doctrinæ Moralis ejusdem Societatis, Part. I. p. m. 309. Qui in hanc rem quoque conferre jubet Libellum Doctorum Giessensium, *Manes Bellarmini* inscriptum p. 310.

Judice *G. Calixto* de Conjugio Clericor. p. m. 144. edit. Francof. M.DCLIII in 4to. Bellarmini liber de SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS *omnium, quos edidit, optimus est.* Vide tamen, quæ de eo adfert *Andr. Bosius*, cap. II. Schediasmatis

tis de comparanda notitia Scriptorum Ecclesiastiсor. §. III. f. & nos ad illud in notis nostris, p. 423. f. Tomi Methodorum nostrar. III. cui titulum de eruditione comparanda fecimus & edidimus Lugduni Batav. 1699. in 4to. *Thomas Crenius* Exercit. I. de libr. Script. optimis p. 12.

Ich finde in meinen Miscellaneis einen A. 1614. zu Basel gedruckten halben Bogen / darinnen er unmenschlicher Dinge beschuldiget wird / auch deswegen keine Absolution finden können / biß er verzweiffelt / und nach dem Tode sich erschröcklich in feuriger Gestalt sehen und hören lassen. Dieses wil nun der Anonymus von Bellarmini Secretario de Montgado haben / wie er denn gleich in den ersten Zeilen contestiret: Ich bezeuge vor GOtt und der Welt / daß ich von dieser aus der Frantzösischen vertirten Historie nichts dazu oder davon gethan 2c. Meines Orts aber halte es vor ein pures Pasquill. Dann wie hat man Ao. 1614 wissen können / was sich nach dieses Cardinals Tode / der sich erst A. 1621. ereignet / zugetragen? Zu dem melden auch seine abgesagtesten Feinde von solchen Schand-Thaten nichts. Andere Anzeigungen eines offenbahren Falsi anjetzo zu geschweigen.

In des berühmten *Crenii* P. X. Animadv. stehet fast auf die letzt ein Brief / welchen Joh. Acronius an D. Conr. Vorstium A. 1608. geschrieben. Darinnen ist nun unter andern p. 291. dieser passus zu finden: A te verò, Clariss. vir, & frater dilecte, si quid contendere liceat, quam maximè peto, ut Examen Disputationum *Bellarmini*, pridem abs te,

ut

ut ſcribis, adornatum, quandoque in publicum emiſſurus, præcipuè in refutatione ultimi tomi, de natura & gratia, ingenii tui nervos intendere velis, idque Eccleſiæ bono quam primum præſtes. Vehementer iſtius partis refutationem deſiderant boni omnes in Hollandia. Et fuit jam pridem iſte labor â Synodis injunctus D. Arminio, ſed ille priùs cenſuit disquirendum, num erret in iſtis diſputatis Jeſuita? A. 1610. kam hernach zu Hanau in 8vo. dieſes Vorſtii Anti-Bellarminus contractus heraus/ davon mit mehrern zu leſen in *Baillet* Traité hiſtorique de Satyr. perſon. de celles, qui portent le titre d'*Anti* Tom. I. p. 92. ſeq.

Ich habe auch ein Manuſcript auf Pergamen über 200. Blätter in fol. nach Art ſelbiger Zeiten sehr ſauber exprimiret von ARMANDO de BELLOVISU, ord. Prædicatorum Magiſtro Theologiæ, Lectore S. Palatii in Curia Romana, welches auch nach der Zeit ſub tit. *Scholaſtica Poſtilla in Pſalmos* gedruckt worden. Vid. *Sixt. Senenſis* l. c. p. 201. Ich bemercke dabey/ daß der Schreiber einen gewiſſen Cardinal/ dem das Werck dediciret worden/ nicht ſonderlich mag æſtimiret haben/ weil in dem Anfangs-Buchſtaben R. (nach derſelben Zeiten Gewohnheit/ wie denen Criticis bekandt) eine Figur enthalten/ die gewiß zu ſeinem Lobe nicht dienen kan.

Zu welcher Zeit er gelebet/ wil *Cave* l. c. p. 522. nicht entſcheiden: *Armandus de Bellovifu*, ſchreibt er/ natione Italus, patria Bononienſis, ordinis Dominicani Monachus, ſacri Palatii Apoſtolici magiſter,

ster claruit circa annum 1296. Alii multò recentiorem faciunt, & ad annum MCCCCXCVI. revocant. Ambrosius de Altamura tres Armandos de Bellovisu nobis sistit; primum Bononiensem nostrum, secundum Hispanum, anno 1235. clarum, mortuum circa annum 1340. Verum sibi parum constans eadem fere opera utrique tribuit. Denique tertium natione etiam Hispanum, Monachum Barcionensem, & in Academiâ Bononiensi apud Dominicanos Regentem, claruit anno 1530. cuique *Tractatum de Conceptione B. Virginis* ascribit. Verum Nicolaus Antonius in nupera sua *Scriptorum Hispaniæ Bibliotheca* de ullo hujus nominis Scriptore penitus silet. Extant ab eo Scripta, *Postilla in Psalmos*, *Meditationes*, *Preces*, Mogunt. 1503. *Sermones* Brixiæ 1610. 4. *Explicatio terminorum difficilium tam in philosophia, quam Theologia* Ven. 1586. Wittemberg. 1623. 8vo. Conf. *Anton. Bumaldi* Minervalia Bononiens. p. 14. Hendreich l. c. p. 285.

Von Pabst Benedicto XI. werden wir unter *Nicolai Tarvisini* Nahmen mit mehrern handeln / vor jetzo nur mit einem Worte berühren / daß König in Biblioth. p. 100. und andre Autores mehr Benedictum XI. und XII. i. e. *Nicolaum Bucasenum*, patria Tarvisinum, und *Jacob. Fornerium* mit ihren Schrifften confundiren.

BERNHARDUS wird zwar von sehr vielen als ein Commentator in Psalmos angeführet / er hat aber nur Sermones über den Psalm. LXXXIV. siebenzehen über den XC. und einen einigen über den CXXXII.

CXXXII. Psalm gehalten/ weßwegen wir sein Andencken auf eine andre Gelegenheit versparen wollen.

Wie hefftig/und offt ohne Ursache/ der Parisische Theologus G. Genebrardus wider BEZAM fulminiret/ ist aus dessen Vorrede über Davids Psalmen bekandt/ welche wir hiemit communiciren/ und zu des geneigten Lesers Beurtheilung anführen wollen/ indem den Gelehrten/ ohne meine Erinnerungen/ bekandt/ wie man sich aus dergleichen Præfationibus eine ideam von dem gantzen Wercke nehmen kan: Novissimum Theomori Bedæ propudium (so muß gleich die erste Zeile den vorgefasten Sinn verrathen) me tua causa impulit, Christiane Lector, ad hoc divinissimum opus commentariolis illustrandum. Istum enim, ut illud tibi è manibus eriperet, inque ejus locum suas quisquilias sufficeret, præfari non puduit Græcum, proindeque Latinum è Græcis repræsentatum malè ex Hebræo fuisse conversum, deinde nunquam adhuc eo, quo decuit, fructu publicè ac privatim fuisse lectum & cantatum ab ullis Christianis cœtibus: præterea non modo aberratum in eo fuisse à genuina auctoris sententia, verum etiam de eruendo aliquo commodo sensu frustra fuisse à doctissimis desudatum. Denique consectandarum allegoriarum studio, ut reliquos etiam veteris testamenti libros, ita Psalmos miserrimè fuisse contaminatos. Quoniam igitur hæc sunt quatuor Bezanæ vesaniæ reprehensionisque capita, ut ea in re dissimulem D. Augustinum cæteros-

terosque divinos interpretes impudentiſſimè ac ſceleratiſſimè vituperatos, expono ſimplicem & genuinum literæ ſenſum, quem iſte propter idiotiſmorum & diſciplinarum neceſſariarum ignorationem commodum erui poſſe inficiatur. Doceo noſtros interpretes (nam fuêre Septuaginta duo, ut habet Ariſteas illius hiſtoriæ Græcus auctor oculatus, nempè ex quaque tribu ſeni) Hebraico fonti convenienter vertiſſe, in obſcurioribus locis, relicta verborum proprietate, fructu copioſiſſimo ſententiam expreſſiſſe, Hebraismorum, Syriacismorum, Arabismorum antiquæ poëſis & phraſis inſcientiam efficere, ut alicubi ineruditis nulla videatur benè accommodata ſententiæ explicatio, ubi eruditis eſt ſingularis atque eximia. Poſtremo eſſe ſacrilegæ temeritatis, prius damnare veterum ſapientiam, quam intelligere. Iſtum autem atque iſtius modi nebulones, ut ad hunc modum judicarent, multa fefellerunt. Primum, quia Septuaginta non ſemper vertunt ad verbum, ſed in locis obſcurioribus ad ſenſum, prout Spiritui ſancto expedire viſum eſt, ad gentium, præſertim Græcarum, ædificationem, ut etiam Hebræi notarunt, ſeorſum R. Jacob Bar Selomô Collectaneorum Talmudicorum libro primo, & Joſippus initio ſuæ hiſtoriæ, adeo, ut ei vehementius intenti, quemadmodum multis locis teſtatur Hieronymus, frequenter vocum notationem deſerant, circa quam nimis anxiè languentes ſæpe veritatem & conſequentiam ſententiæ, ſi verborum literarumque aucupia, ut cum Cicerone loquar, ſpectentur, videntur amittere. Se-

Secundo, quia non ſemper amplectuntur Maſoretarum judicium, à quibus habemus vocalium puncta, accentuum notas, verſuum membrorumque diſtinctiones. Nam nec neceſſe eſt ſequi eos in omnibus, quippe qui ea nonnunquam ſine judicio affigunt, quæ ſecundum vetuſtiorum lectionem correcta præſtantiorem & Spiritu ſancto digniorem intelligentiam præbent, & ad recentiorum Rabbinorum interpretationem examinata etiam aliud canunt, quam iſti exiſtiment. Quin & Ben Aſer & Ben Nephtali Maſoretarum principes, in ſe jurari noluerunt, dum inter ſe ſæpiuſculè diſſentientes, cuique liberum judicium certis notis ſe relinquere tradiderunt. Ex quo Aben Ezra, Kimchi etiam ipſe, ac plerique alii interdum alterum alteri præferunt, interdum neutrum ſequuntur. Adde his noſtros 70. interpretes ſuperiores eſſe ſeptingentis annis minimum, ut idcirco non communicatis conſiliis potuerint nonnunquam aliter, & quidem rectius, diſtinguere vel pungere. Alioqui non ſolet eſſe in vocabulis ſive thematis & radicibus differentia, cum hoc duntaxat occurrat, ut finis præcedentis verſus, per Maſoretas debeat referri ad ſequentis caput atque principium. Verum hæc non immutant ſententiam, in ſcriptis præſertim poëticis, in quibus ratione metri, non ſententiæ notularum iſtarum fit expreſſio.

Tertio ſecuti ſunt modum interpretandi apud ſe uſitatum, ut nonnulla obiter inſererent de ſuo, quæ initiatis myſteria Religionis indicarent, ali-

qua

qua etiam ad perſpicuitatem ſubmutarent, alia emollirent. Sic Jonathan Ben Uziel, ſic Onkelos, ſic Akiba, ſic R. Joſeph cæcus.

Quarto, egerunt multis locis Prophetas, divinorumque hominum, non modo interpretum, perſonam ſuſtinuerunt, ut proinde, dum videntur maximè ab Hebraico diſſentire, tum maximè conſentiant, quod iſti Spiritu Sancto exuti nequeunt cernere.

Quinto, propter antiquitatem multa intellexerunt, quæ recentibus Rabbinis ignota ſunt, ut numeros Pſalmographi, phraſes antiquas, tropos ſui temporis, captationes vocabulorum Syriacorum, Arabicorum, Perſicorum, colluſiones, morum & inſtitutorum traditiones &c.

Sexto, ſubmutationes literarum per Siruph & Ethbas & Alphabetariam aliam revolutionem tenuerunt, qua litera literæ mutuo ſuccedit apud Reucheinum lib. 3. Cabbalæ. Qua & veteres uſos, etiam Hieremiam, docet Mercerus in Abbreviationibus Hebræorum, & R. Attaia in 24. Pſalmum, vel ſi mavis vigeſimum quintum. Quam ob cauſam כל pro *Leb*, *corde* Pſ. 4. acceperunt, Beth & Caph non tantum ob ſimilitudinem confundentes, verum etiam per *Aibach*, quo duorum primorum novenariorum literæ in ſe invicem commeant.

Septimò, ſe accomodarunt nonnunquam, prout à Divino ſpiritu movebantur, ad Græcorum uſum & locutiones, quod his verterent, & apud eos prævio Apoſtolorum munere fungerentur, ut jam in his Græciſmi non minus, quam in

Z cæte-

cæteris locis Hebraismi conſiderari debeant, ut P.7. *manus* pro *greſſus* 67. *cleri* pro *olla* 105. *Saturitas* pro *Macie* 191. *bene patientes* pro *virentes* &c.

Octavo, noſtri hi veteres interpretes, quia examinantur expenduntur que ex uno Kimchi & pauciſſimis aliis, quibus perpetuò honorificum viſum fuit à ſuperioribus diſſidere, ut famam apud poſteros ſibi conciliarent, ab iſtis male audiunt, qui novitiis duntaxat delectantur. Atqui illi ſæpe dormiunt, magisque ſunt grammatici, quam Theologi; præſertim R. Kimchi, qui proinde à Judæis negligitur, & tantum habetur pro Madaedec. i. grammatico, etiamſi καθ' ἐξοχὴν apud iſtos, malè quidem feriatos interpretes, intelligatur *Docti* nomine. In iſtorum enim annotationibus *Doctus inter Hebræos* eſt Kimchi, qui inter eos tamen cenſetur indoctiſſimus, quantum ad rem & ſententiam & Theologiam pertinet. Hos autem unos iſti legunt, ſive quia alios, utpote obſcuriores & abſtruſiores non intelligunt, ſive quia his contenti ſunt, quos vident, ſuo ingenio congruenter, longiſſimè à receptis Majorum interpretationibus diſcedere.

Nono, falſo putant, Hebraicam veritatem ſive fontem conſiſtere in punctis, non in literis, nec vident, puncta inventum eſſe humanum, & quidem Judæorum, jam poſt quadringentos plus à Chriſto annos diſperſorum, & contra Chriſtum Chriſtianamque pietatem malevolentiſſime affectorum. Ideo enim iſtorum quidam *Cevallerius*, Judæi

dæi cujusdam gener, non tam grammaticus, quam Grammaticorum interpolator & plagiarius pertinacissimè & stolidissimè defendit, puncta simul cum lege in monte Sinai data, eorum originem, effigiem, picturam sonum à Deo ἀμέσως jam à primis illis seculis repetens, nec animadvertit, Septuaginta, Origenem, Hieronymum, infinitos alios vetustiores non fuisse cæcos, qui tamen literas sine punctis ullis viderint, seque ita perpetuo vidisse, posteris non obscura argumenta præbuerint. Post illorum igitur secula adinuenta sunt, ut constans fert Hebræorum historia, anno videlicet templi per Vespasianos eversi 436. id est, Christi 476. vel 478. cum orientis imperium administraret Zeno Isaurus, Occidentis Augustulus, thronum autem Apostolicum Simplicius. In cujus rei testimonium, quando legem Judæi in Synagogis ostentant solenniter, eam sine punctis, ut nihil humani admixtum habeat, è suo armario, quod *Hecal* vocitant, proferunt. Atqui opportunius fortasse Epimenidis, aut potius mortuorum somnum dormiissent Masoretæ, quam quando Tyberiadem Palæstinæ, ut Elias Levita narrat, convenerunt, ut ex uno legis Pasuc multos versus conficerent, accentibus partim distinguentibus, partim continuantibus scripturam universam inciderent, literas punctis similibusque minutiis afficerent. Nam sic extinxerunt veterem grammaticam, vocales, pronunciationem, judicium, diligentiam atque studium. Nam, verbi gratia, veteres Hebræi nesciverunt, quid sit *P. Durum*, cum duntaxat agnoscerent *Pé*

Raphé ſive φ, ut Hieronymus in II. Danielis teſtatur, & res eſt, cum usque hodiè Rabbini *Pé Raphe* ſive *Pe* Arabum antiquum P. appellent. Scheva pronuntiaverunt per A, tres ſolummodo conſtituerunt vocales אוי, quas Sepher Jetſira proinde prolationis matres vocat: cum tamen eis hodiè omnem iſti vocalitatem adimant, eamque ſolis punctis tribuant, etiamſi nulla ſit expeditior & brevior ad legendos Rabbinos via, quam ut antiqua illa ſententia revocetur. Quin & primi illi punctorum inventores ſeptem motionibus, ſive punctis contenti fuêre, nec memorarunt Cametſchatuph, Hirikaton, Kibbuts, in quibus explicandis hodie magnam canonum pronuntiationis partem conſumunt.

Decimo, non diſtingunt inter Hebræos ſive Hebraicam veritatem, & Maſoretas. Quantum autem interſit, ex his rurſum conſpici poteſt. Hebræi ſunt ſancti, ſunt Theologi, ſine punctis & motionibus ſcripſerunt, ſua puris & ſimplicibus literis expreſſerunt. Maſoretæ ſunt eorum profani interpretes, puri Grammatici, diſtinctionibus, accentibus, motionibus, punctis, illos partim illuſtrarunt, partim obſcurarunt, ut ſolent interdum interpretes ſuis imaginationibus & ſenſis addictiores, vel gloriæ cupidiores, ut aliquid non dictum dicere, & veterum, etiamſi illi Spiritus ſancti illuminatione claruerint, ſugillatione ſibi famam comparare videantur. Maſoreth enim nihil aliud eſt, quam traditio Grammatica, de punctis, accentibus, ſyllabis, vocabulis & ſimilibus minutiis, ac

in eo

in eo differt à Cabbala, quod hæc quidem traditio sit, verum Theologica, deque rerum & verborum secretiore enuntiatione. Hoc tamen uno maximè laudandi sunt, quod literas planè intactas nobis reliquerunt, nec, quamvis Grammaticorum supercilio, ut pulchrè à Laurentio Valla scribitur, nihil sit superbius, nihilque improbius, & ad libros emendandos, vel corrumpendos potius, magis audax, ullum jus & imperium sibi in contextum assumpserunt, nec in eo quicquam sibi immutandum censuerunt, sat verò habuerunt, suum judicium vel margini, vel interlineari albo committere, illisque locis probandum vel improbandum posteritati tradere. Atque ita eorum elevatio, sive etiam vituperatio, nihil veritati Hebraicæ, nihil Fonti detrahit, ut qui in literis, non punctis consistat.

Postremo non cernunt, eosdem Masoretas confudisse versus ac miscuisse, ut proinde metrica veterum carminum ratio perierit, quæ temporibus Septuaginta integra erat, atque perspicua. Quarè cum isti quærunt, cur Septuaginta discesserint ab hodiernis versuum distinctionibus & clausulis, atque per aliam distinguendi viam incesserint, perinde faciunt, acsi quærerent, cur aliquis per publicam & consuetam viam ambulet, nec ea relicta, diverticula insolita & improbata sectetur. Sic enim potius interrogandum erat, cur Masoretæ, quibus trita & nota esse debuit veterum dimensio, & carminis forma atque genus, à Septuaginta discesserint, ac majorum distinctiones reliquerint, nec se

iis ducendos tradiderint, quibus hæc perſpecta erant & liquida? Nam ut dicantur attendiſſe ad ſententiæ inciſa, & membra, non ad metri & dimenſionum rationem, at in poëſi aliud ſenſus poſtulat, aliud metrum & dimenſio, propter quam interdum ſenſus unius verſus in ſequentem incumbit & ingreditur. Quod ſanè extra poëtas aliquando accidit, ut 2. Par. XXX. v. 18. qui clauditur per בעד *pro*: ut proinde Kimchi eum in ſequentem extendat, *Pro omni (qui) cor ſuum præparat &c.* Adde, veteres Verſus appellaſſe ſingula membra ſententiam per ſe commodam efficientia, ut mentem attollerent ad pondus cujuslibet propoſitionis per ſe conſiderandum, ac declararent, nihil tam eſſe tenue & exiguum in Scriptura, quod verſus nomen & laudem non mereatur.

Quod autem Beza iſta minime intelligit, & ab utrisque etiam, id eſt, veteribus interpretibus & recentibus abeſt longius, ac indoctè atque præpoſterè verſu ſimul ac proſa Pſalmos noviſſimè expreſſerit, non eſt valde mirandum. Nam nihil ſcit Hebraicè, ut ipſe ingenuè agnoſcit, dum non fontem Hebraicum, non ſuam ex Hebræis. ſed *Henrici Molleri* verſionem ſecutum ſe ait. Eam autem quorſum cæteris anteposuerit, ipſe videat. Certè de eo probè cenſere non poteſt, quoniam è veritate Hebraica harum rerum judicium pendet, non ex linguæ imperitorum opinione, cenſura, voluntate. Itaque quæ aliquando ea lingua balbutit, habet é dictatis quorundam eſurientium grammaticulorum, qui ita Genuæ eam do-

docent, ut & ipsi doctoribus opus habeant, vel è versionibus Molleri, Campensis & aliorum, vel ex annotationibus Pagnino & Vatablo affictis, unde hoc ei sæpe contingit, quod de istius furfuris hominibus alicubi scripsit Hieronymus, ut alienis videns oculis, cujusque interpretis errorem saniori intelligentiæ anteponat. Quin & mirabilius est, cur Spiritus Sancti expers, citra quem interpretatio scripturarum planè friget, & Theologiæ rudis, quæ ad judicandum de expositionum puritate requiritur, & lingua primaria exutus, quam ne ipse quidem negaverit ad suum consilium necessariam, ausus sit negotium istud suscipere, præsertim post divinissimos illos Poëtas, Ariam Montanum, Matthæum Toscanum, rebus omnibus ad tantum opus perficiendum ornatos, & cum hi è Davide Hebræo Davidem Latinum luculentè fecerint, non eos viderit suis luminibus obfuturos, atque homines alicujus nasi esse prælaturos versus ex Hebræo i. e. fonte, eosque planè Horatianos & Virgilianos versibus profani, veternosi, jamque confecti poëtæ è Molleri rivo, (hat der Mollerus jemals verse über die Psalmen geschrieben?) utcunque antiquam & eruditam poësin redolentibus. Accedit, quod ad fulciendam carminis sui ruinam apta pariter & inepta rapit attonitus, quemadmodum Poëtis quibusdam Lucianus exprobrat. Ubi aliquis merito quærat: Quid nunc illud, quod in sua ad reprehensiones Castalionis responsione tam superbè decrevit: Dico, (inquit, ad se non respiciens) dico oportuisse te, ut sacras literas interpretari

 posses,

posses, quatuor minimum linguarum peritum esse, Hebraicæ videlicet, Græcæ, Latinæ & Gallicæ? Dico etiam, oportuisse te in his ita esse versatum, ut eorum mentem & sententiam ad unguem teneres. O Satanicam impudentiam! cur igitur suum judicium non sequitur? Nonne illud est Apostoli, *Hæreticum devita*, cum sit proprio judicio condemnatus? Consulit, imo vero dicit, edicitque, ne quis sacras literas interpretetur, nisi lingua Hebraica plenè imbutus, & interim profanè accedit ad Psalmos, i. e. scripturam epitomen versu prosaque interpretandos, ne ea quidem tinctus. Sed nec video pro Latina interpretatione, cur oportuerit Castalionem magis peritum esse linguæ Gallicæ, quam vel Vasconicæ vel etiam Tartaricæ, quum reliquorum interpretum, de quibus agitur, sive veterum, sive recentium nullus Gallus extiterit, vel probè Gallicè sciverit. In eo item bellè habet, quòd non tantum Gallicas suas cantilenas damnat, damnandasque præfatur, addita joculari excusatione δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, qua eos non solum Græce ridet, qui sua causa Gallicè, etiam usque ad ignes & gladios insaniverunt, extremoque supplicio affici voluerunt, verum etiam suum magistrum, per quem novissime profecit, & sua Gallica perversè reddita cognovit, ingratus discipulus flagellat, atque ita in lucem edit, ut tanti laboris & judicii palmam ad se unum rapiat. Nam & eum se paululum immutare & interdum emollire profitetur. Quasi verò sive benè sive malè verterit *Mollerus*, Hebrai-

Hebraicæ gnarus, à Beza ejus linguæ ignari corrigi recenſerive debeat, aut juſtè poſſit. Qui deinceps nobis certò conſtare poterit, Bezam in proxima Latinorum ſuorum editione à ſe ipſo non diſceſſurum, neque de illis idem facturum, quod nunc de ſuis Gallicis, ut ſi alter Mollerus exoriatur, qui ipſi videatur rectius interpretari, non ipſum ſuorum iſtorum pudeat, quæ usque adeò interim extollit, ut præ illis cæteras interpretationes in manibus hominum hactenus ſine fructu verſatas dicat, cum præſertim ingenio ſit ad hæreſim & nato & facto, id eſt, inſtabili ac incerto, è neſcientibus ea, de quibus affirmat, è ſemper diſcentibus & nunquam ad ſcientiam pervenientibus, ut de iſtiusmodi pronunciat Apoſtolus. Apage ergo Bellua! Meliora verba de ſanctis & doctis viris quæſo. Sed nec poſſum non conqueri, quòd illuc novos & peregrinos Deos inducat, nec Deum Davidis, ſed Jovem Gentilium perpetuo invocet cum Caſtalione à ſe alioqui oppugnato. Se fortaſſe tuebitur, quod non Jovem, ſed Jovam & ſine craſi Jehovam, ut à ſuo hoſte Caſtalione differre videatur, nominet. Atqui nihil aut minimum intereſt in nominibus propriis, Jehoſua an Joſua, Virgilium, an Vergilium, dicas ſcribasve, Poplicolam, an Publicolam, Sillam an Sullam. Unus enim idem ſemper ſignificatur. Deinde unde manare potuit Jovæ vocabulum in iſtam invocationem, *Jova exaudi nos*, niſi à Jove finitimo nomine, cum *Jova*, ſive *Jehova* neque ſit vocabulum Chriſtianum, neque Judaicum, quibus duobus populis Deus verus duntaxat

xat ſuis nominibus innotuit. Nos Chriſtiani à nullis Apoſtolis & patribus didicimus, Deum unquam ſic fuiſſe appellatum, etiamſi olim Dionyſius, Hieronymus, Theodoritus, Rabanus Maurus, Joachimus Abbas, noſtra memoria Reuchlinus & infiniti alii integros libros de Dei nominibus Latinè Græceque ſcripſerint, ac Hebraicas voces ſuis ſonis expreſſerint. Judæi ad hunc usque diem inficiantur, ſe ullum hujus prolationis habere divinum vocabulum, deteſtantur item profanationem iſtorum, qui Deum iſta nuncupatione afficiunt. Nam hoc (inquiunt) non latuiſſet cum omnes noſtros majores, tum minores univerſos, præſertim R. Moſem Ægyptium, R. Joſeph, R. Albonem, R. Jacob, R. Moſen, authorem Majemonim, R. Abraham Abben Ezram, Lyranum, Paulum Burgenſem, Ritium, Felicem è Judaiſmo ad Chriſtum converſos, quorum alii de cunctis Dei nominibus Hebraicis, alii de Schemhammephoras, quod iſte in Jehovam transformat, ex profeſſo opuſcula, Syntagmata, capita, vel tractatus condiderunt. Taceo cæteras clariſſimas rationes à me alibi de hoc copioſè comemoratas, quas, quia agnoſcit & probat, invidia in Caſtalionem derivata, Danæus quidam excucullatum iſtius mancipium quodam Sabelliano ad me reſponſo pro cunctis Miniſtris de Sabellii furore damnatis & convictis, (pag. 10.) debuit Beza pro ſuo regno (nam inter iſtos regnat, ut inter cæcos Strabo) vel reſponſi illius editionem proſcribere, vel certè poſt illam reſipiſcere. Sed recte. Sic enim extrema

ma ejus primis conſentiunt. Quemadmodum prima ætate Jovem ſuis carminibus celebravit & cecinit, ita nunc extrema Jovam, neſcio quem Deum, neque Chriſtianis neque Judæis cognitum, unica literula à Jove differentem canit & invocat. Quo circa non intempeſtive hæc rhythmica aliquis ex tempore cecinit.

Beza è Paganiſmo ad Calviniſmum tranſiit.

Beza è Calviniſmo ad Paganiſmum rediit.

Eſſe enim deteſtandum Gentilium errorem, nomen novum, incertum, peregrinum, inuſitatum Deo imponere, docet contra Celſum Origenes, ut ſileam, ab inferis revocari Varronis ſpiritum, Deum Judæorum Jovem putantis, & tale delirium mundo perſuadere conantis, ad Dei veritatem obruendam, quemadmodum multis teſtatur & deplorat Auguſtinus libro primo de conſenſu Evangeliſtarum. c. 21. & ſeq. & libri ſexti capite ſexto, itemque ſeptimi capite quinto de Civitate. Alii addiderunt, ſubeſſe etiam venenum Calviniſticum de αὐτοθέῳ & αὐτȣσίῳ ut Dei filius, cui verè quoque, proprie, per ſe competit nomen tetragrammaton, à ſe divinam eſſentiam, non à Patre, conſecutus videatur. Horum te monitum lector Chriſtiane volui, ut ſcias, quo loco iſtius mimi Bezæ pſalmi habendi ſint, ne etiam tibi ſinas è manibus evelli hanc editionem, ſed eam prius diſcas intelligere & cæteris omnibus præponere, quam reprehendere & improbare. Veni, vide, lege & judica. Nullius enim judicium ejuro, eorum ſaltem, qui hac lingua imbuti ſunt. Iſtorum enim tin-

tinctorum & duntaxat ex Lexicis, vel Grammatiſtis literatoribus ſapientium quis neſcit levicula atque adeo perverſa & præpoſtera ſolere eſſe judicia? Hierauf aber hat Beza ſcharffe Lauge gegoſſen/und eine ſo penetrante Defenſion geſchrieben Genev. 1585. in 8. dawider biß dato von der Römiſchen Kirchen nichts eingewendet worden. Seine Schrifften über den Pſalm ſpecificiret Hendreich in Pandectis p. 562. folgender geſtalt: S. S. Bibliorum Cantica, item pſalmos Davidis numeris Latinis & proſa cum paraphraſi expreſſit Gen. 1588. 16. Gallice 1581. in 8. und p. ſeq. In Davidis Pſalmos homilias. Tig. 1601. Davidis Pſalmos cum Clem. Marotto in rhythmos Gallicos tranſtulit: Quibus notas muſicas addiditClaudius Goudimel. Quod opus ſæpius recuſum. Editiones quasdam notabo tantum 1562. Lugduni Antv. 1564. apud Plantinum cum approbatione & privilegio Regis Hiſp. 1564. in 12. 1567. in 8. Paris. ubi & additæ Auguſtini Marlorati precum formulæ in fine cujuslibet Pſalmi, ſubjuncta & agenda Eccleſiaſtica Reformatis in Gallia uſitata. Eadem editio Genev. 1577. & 1604. Mompelgarti. Aliarum editionum maxima eſt copia, quam prætereo. Ex recentioribus, & ex correctione Conrarti, cum argumentis Diodati, Genev. 1677. in 12. In Belgicum tranſtulit Petrus Dathenus. In Davidis Pſalmos paraphraſin Poëticam Londini 1580. 8. Transl. & in Belgicum. Hujus & Georg. Buchanani Pſalmi iidem, cum Poëtica Latina metaphraſi, adjunctis 14. Canticis ex utroque Teſtamento.

mento, Morgiis 1581. 8. & cum Buchanani tragœdia ſacra, cui tit. Jephtes & Baptiſta Genev. 1593. in 8. Pſalmorum Davidis & aliorum prophetarum libros 5. argumentis & Latina paraphraſi illuſtratos, ac vario carminum genere Latine expreſſos in 8. Antv. & Genevæ 1579. Morgiis 1581. Cum Cantico Cantic. ab eodem trochaicis verſibus explicato. Item XVII. Cantica S. Vet. & N. teſtam. vario carminum genere à Ludov. Maſurio, Nervio, & aliis poëtis doctiſſ. expreſſa. Genev. 1590. 1593. in 8.

Bekandt iſt der jenige Streit / welchen D. Botſacc mit dem reformirten Curicke wegen des Bezæ Pſalters gehabt / davon jener in Projecto Protecto p. 2. ſeq. dieſer in rejecto protectore p. 50. ſeq. gehandelt hat. Beza ſelbſten ſchreibt in ſeiner præfation über die Pſalmen Anno 1579. Maximorum virorum ego veſtigiis inſiſtens, primum quidem inſtigante me magno illo *Johanne Calvino*, pſalmorum verſionem, Gallicis rhythmis à *Clemente Maroto*, Gallorum ſui temporis poëtarum facilè principe, quò commodius in Eccleſiis Gallicis cantari poſſent, inchoatam, abſolvi. Poſtea magis ac magis illorum lectione ac meditatione delectatus, tentavi quoque Latinis numeris nonnullos exprimere, minimè id quidem, quòd aſſequi me ullo modo poſſe divini Spiritus illius dignitatem exiſtimarem, ſed ut iis, quæ legiſſem, altius animo infigendis hæc mihi exercitatio prodeſſet. Quin etiam fateor, me quorundam peſſima carmina legentem (quales nimirum multi diviniſſimam iſtam poëſim

poësim non minus turpiter, quam audacter contaminare non desinunt) non potuisse non vehementissimè commoveri, ut etiam sim ausus, an minus malum aliquid hujus generis præstare possem experiri? Quem meum conatū etsi doctissimi & planè cum veteribus etiam optimis comparandi, meo judicio, poëtæ Georgii Buchanani editum poëma retardavit, amicorum tamen suasu sum ad finem usque persequutus. Quid enim vetat illud δὶς καὶ τρὶς τὰ καλὰ in istis præsertim usurpare? Imo etiam sperare ausim, optimorum & doctissimorum quorundam judicio fretus, nec injucunda, nec prorsus inania etiam hæc nostra visum iri: & ut luminibus meis sive Buchananus sive alius quispiam officiat, præterquam quod abunde mihi satisfactum erit, si non inutilis hic meus labor Ecclesiæ fuerit, illud quoq; Maronis me consolabitur: *Æneæ magni dextra cadis.* Præterea quum multa desiderari, ac meritò quidem, viderem in paraphrasi jam olim à Campensi edita, quod optimum interpretandorum Psalmorum & aliorum aliquot sacrorum librorum genus esse existimo, novam, eamque brevem simul ac perspicuam paraphrasim magno studio scribere sum aggressus, magnopere quidē adjutus doctissimorum Theologorum commentariis, sed in nullius tamen verba juratus: adeò quidem, ut interdum à mea quoque Gallica versione discesserim, tum quod sint δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, tum quod plures ac diversas explicationes sæpe unus idemque locus admittat. Huic autem paraphrasi opposita est è regione Latina versio,

versio, κατὰ πόδας, qualis est præsertim à doctissimo viro *D. Henrico Mollero* nuper edita: pauculis tantum â me immutatis & interdum emollitis. Singulis denique Psalmis, (omissis Hebræis inscriptionibus, quæ ad Musicem antiquam nobis adhuc ignotam pertinent, qua ratione quoque illud Hebraicum SELA præterii) argumenta præfixi, quibus & summam & usum illorum, atque adeò methodum, quoties opus fuit, sua cuique classe attributa, explicavi. -- Qua in re meam saltem diligentiam bonis & minimè malevolis probatum iri confido. Sunt autem ista omnia simul alio volumine excusa, cujus pretio ne gravarentur lectores eruditiores, quibus neque ista paraphrasi neque argumentis ad hunc intelligendum librum opus est, quos tamen fortasse juverit versiculos nostros lectitare, visum est hos quoque seorsim excudendos tradere.

In sacros Psalmos, Latinè â Theodoro Beza expessos.

Quò me, Beza, rapis? cœlos subvectus in altos
Sydereas jam nunc, te duce, carpo vias.
Hoc faciunt, docto fundis quas pectore voces,
Davidica recinens carmina pulsa lyra.
Orphea mirentur priscorum secla virorum,
Immites doctum ducere voce feras.
Venturi Bezam laudent per secla nepotes,
Mortales doctum jungere mente Deo.

Antonius Fayus.

In

In eosdem.

Optima, nemo negat, quin Gallica feceris, olim
Hebræis vates quæ cecinere modis.
Sermone hæc eadem nunc verò, Beza, Latino
Dum condis, fallor ni meliora facis.
Fas igitur mihi, mirificum te dicere vatem,
Optima quæ fuerant, qui meliora facis.

David Claudus.

In einem Brieffe von ihm/welchen Herr Crenius seinen Animadverſ. P. I. p. 60. ſeq. mit einverleibet/ meldet er auch/ daß damals A. 1518. sein Psalter vermehrter und correcter wieder aufgeleget worden.

Beza ingenio hilari ac eleganti, & longâ vitâ ſatis notus: quam ſexaginta totos annos in ſtudiis & lucubrationibus exegit, eâque tantum provectus, ut, antequam moreretur, veris vitæ, quæ eum deſiderabilem efficiunt, ſubſidiis præ ſenio deſtitueretur. Siquidem præſentium memoriam, debilitatâ quippe mente, evanidam amiſerat, præteritorum, dum ingenio valebat, impreſſam ſervaverat. Itaque & totos Pſalmos Hebraicè, & quodcunque caput ex B. Pauli Epiſtolis propoſuiſſes, integrum Græcè recitabat; nec in iis, quæ olim didicerat, judicio carebat, ſed quæ dixerat, ſtatim obliviſcebatur. Thuan. ad ann. 1605.

Vers ce méme tems etoit Theodore de Béze brave Poëte Latin & François. Il compoſa en vers François le Sacrifice de Abraham, ſi bien retireau vif, que le liſant il me fit autre fois tomber des larmes des yeux & ſa traduction du demeurant des

des Pseaumes de David, montre ce qu'il pouvoit faire, encore qu'il n'ait si heureusement rencontré que Marot en ses cinquante. *Etienne Paquier* dans Recher liv. 6. c. 7. Conf. tamen *Clarmundi* P. VII. Vit. Clar. Viror. pag. 152. 158. 173.

Mit wenigen wollen wir auch hiebey gedencken/ daß D. FELIX BIDEMBACH/ Consiliarius Ducis Würtembergici, Abbas Maulbrunnensis, & Superintendens Generalis, conf. Hendreich loc. cit. pag. 570. eine Auslegung des Psalters aber sehr kurtz aus dem Lateinischen Wercke Osiandri verfertiget A. 1595. Tubing. in 4t. Sein Leben und Wandel beschreibet Witte in Memor. Theolog. Cent. VII. p. 845. seq. Item *M. Fischlinus* P. II. Memor. Theol. Wirtemberg. p. 32. seq. Weil aber diese Arbeit mehr des Osiandri ist/ als wollen wir uns dabey ferner nicht aufhalten.

THOMAS le BLANC, natione Gallus, patria Victoriacensis in Diœcesi Catalaunensi Societati se addixit anno 1617. jam vicennis, & votorum 4. sacramento solemni se obstrinxit. Rhetoricam & amœniores litteras docuit novennio, linguam Hebraicam annis aliquot, ac Sacram Scripturam sexennio est interpretatus. Gubernavit Collegia Catalaunense, Virdunense, Mussipontanum, Altisiodorense, Divionense, & Rhemense. Administravit etiam Provinciam Campaniæ, & duabus Congregationibus generalibus Romæ, nempe decimæ & undecimæ, interfuit. Vir fuit ex omni parte perfectus, & cum scientia virtutem ita conjunxit, ut difficile dictu sit, utra magis excelluit.

Sermo illius fere non nisi de Deo, vel Divinis. Regularum omnium & maxime silentii fuit observantissimus. Continuam omnibus in rebus mortificationem visus est in se complecti, ita ut nemo vel cibis abstinentior, vel loquendo parcior, vel ignoscendo facilior. Nemini detrahi coram se patiebatur: unde dictus communiter, *absentium omnium Patronus*. Indefessus in eo aut precandi, aut studendi labor, nihil pene medium admittebat. Paternum in ægros studium, cura, sollicitudo, ne quid illis deesset, fuere maxima. In omnes beneficus, sed in pauperes quodammodo profusus fuit, dicere solitus: Centuplum in hac vita nos accepturos à Deo, si ipsius pauperes sublevare niteremur, id quod reipsa subinde expertus est. Æquitas tanta animi in eo eluxit, ut eodem semper vultu adversa & prospera tulerit: nimirum ita voluntatem suam ad Divinam finxerat, ut hanc unicam habuerit actuum suorum regulam. In ultimo vitæ discrimine positus, quamvis conclamatum de sua vita sciret, si medicis in venæ incisione morem gereret, paruit tamen dicendo: *Moriamur, quando ita Deo visum est*, atque ita, susceptis paulo post Ecclesiæ Sacramentis, sicut vixerat sanctè obiit, Rhemis die 25. Augusti, anno 1669. Scripsit præclarum Commentarium in Psalmos omnes Davidicos sex Tomis, quorum V. jam sunt editi, sextus sub prælo sudat. Illorum inscriptio est, quæ sequitur:

Psalmorum Davidicorum Analysis cum commentario amplissimo.

Tomus

Tomus I. in XV. primos Psalmos. Lugduni ſumptibus Antonii Cellier 1665. in folio.

Tomus II. continens explanationem Pſalmorum à XVI. usque ad XXXIII. Ibidem & iisdem typis & anno.

Tomus III. in Pſalmos à XXXIV. usque ad LIX. iisdem typis 1669. in folio.

Tomus IV. à Pſalmo LX. usque ad XC. Ibidem 1673. in folio.

Tomus V. à Pſalmo XCI. usque ad CXVII. Iisdem typis & anno in folio.

Ediderat multo ante ſeparatim:

Commentarium in Pſalmum 22. ſub hoc titulo: Jeſus Paſtor, oves proprio ſanguine paſcens, Divione 1659. in 12. Item

Præfationem Academicam; ad licentiatum Theologicum R. P. Fr. Friderici Payen, Ordinis Præmonſtratenſis, & ejusdem ordinis Panegyricum. Muſſiponti apud Philippum Vincentium 1630.

Gallicè edidit

Ideam perfectam Religioſorum, ſeu Sanctum laborem manuum. Lugduni 1661. in 4.

Bonum Divitem, & Bonum Pauperem. Divione 1662. in 12.

Chriſtianum in Eccleſia, ſeu Methodum impetrandi omnia, quæ petuntur à Deo. Divione 1658. in 12. & Rhemis 1669. Italicè reddidit noſter Joſephus Anturinus Romæ 1662.

Directionem & Conſolationem conjugatorum, ſeu modum, quo ex infortunato Matrimonio fortunatum fieri poſſit. Pariſiis 1664. in 12.

Directionem & Consolationem viduarum, Divione 1662. in 12.

Militem gloriosum. Mussiponti 1655. in 12.

Deum vindicem Blasphemiarum & Maledictionum. Mussiponti 1660. in 12.

Bonum Vinitorem, Bonum Agricolam, Bonum opificem. Divione 1661. in 12.

Bonum Scholasticum pro Juventute studiis addicta. Parisis 1664. in 12.

Bonum servum, & Bonam Ancillam. Mussiponti 1660. in 12.

Hominem festivæ societatis. Mussiponti & Divione 1658. in 12.

Ex Italico nostri Danielis Bartoli Gallice vertit *vitam P. Vincentii Carafæ.* Lugduni 1653. in 8.

Paupertatem contentam. Mussiponti 1650. in 12.

Hominem litteratum. Mussiponti 1651. in 8.

Paraverat *Commentarios in omnes Orationes Ciceronis Tom. IV. in folio.* Item

Commentarios in Libros ejusdem de Amicitia, Senectute, & Epistolas familiares. Denique.

De Excellentia & Caritate Angelorum Custodum, sed mors intercessit. *Nath. Sotvvell* Bibl. Jes. p. 760. Hendreich l. c. p. 592. Und weil von Cornelio a Lapide kein Comentarius über die Psalmen herausgegeben worden / so kan dessen Stelle dieser Jesuit gar wohl ersetzen/ schreibt D. Götze in Dissert. de Cornelii à Lapide commentariis p. 17.

NICEPHORI BLEMMIDÆ, qui circa A. C. 1272. obiit, expositio in Psalterium Davidis & in ejusdem appendicem extat in Codice 216. n. 2. 3. schreibt *Lambecius* in Biblioth. Vindob. P.V. p. 345.

Wenn

Wenn wir nun diesen Numerum p. 44. seq. aufschlagen / so finden wir diese Nachricht: *Ducentesimus decimus sextus* Codex manuscriptus *Theologus Græcus & chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constatque nunc foliis *trecentis sexaginta octo*. Continentur eo à folio 218. p. 1. usque ad folium 355. p. 2. *Nicephori Blemmidæ Expositio in Psalterium Davidis*; cujus *Prolegomena* inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἐξηγημένον ψαλτήριον παρὰ ἀσκητοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμίδου. Ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδος ἐστὶ μουσικοῦ, ναῦλα παρ' ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, &c. Expositionis autem *primi Psalmi* initium est tale: Τοῦ σοφωτάτου ἀσκητοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμίδου Ἐξήγησις τοῦ Ψαλτῆρος. Ὁ πρῶτος ψαλμὸς ἠθικός τέ ἐστι καὶ δογματικός. παραινεῖ γὰρ προσέχειν τοῖς θείοις λογίοις, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 356. pag. 1. usque ad fol. 368. p. 2. ejusdem *Nicephori Blemmidæ Expositio* in Appendicem *Psalterii Davidici: nempe in Cantica duo Mosis Exod.* cap. 15. & Deuteronomii cap. 32. in *Canticum Prophetissæ Hannæ*, matris Samuelis; in *Canticum Prophetæ* Habacuc; in *Orationem Ezechiæ Regis Judæ* apud Esaiam cap. 38. in Canticū Jonæ Prophetæ; in *Canticum trium Puerorum* apud Prophetam Danielem; in *Canticum Beatissimæ virginis Deiparæ*, & in *Prophetiam* Zachariæ patris *S. Johannis Baptistæ* apud *S. Lucam* cap. I.

Item p. 171. *Ducentesimus quinquagesimus sextus* codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constatque

nunc foliis *ducentis sexaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manus inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. pag. 1. usque ad fol. 228. pag. 2. *Nicephori Blemmydæ*, qui (*) circa annum Christi 1272. sub *Imp. Michaële Palæologo* obiit, *Expositio in Psalterium Davidis & ejus Appendicem, varia Veteris & Novi Testamenti Cantica sacra continentem*, estque prorsus eadem, quæ exstat supra in Codice CCXVIto. *Prolegomena* autem, Expositioni primi Psalmi præfixa, inscribuntur atque incipiunt in posteriori hoc Codice his verbis: Σχόλια εἰς τὴν Δαβιδικὴν βίβλον τοῦ μακαριωτάτου μου πατρὸς κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου. Ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδός ἐστι μουσικοῦ, ναῦλα παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον &c.

Ein mehrers von diesem Autore finden wir in *Olearii* Biblioth. Script. Eccles. p. 17. (allwo eine grosse Menge von ihm handlender Autorum angeführet wird) *Cave* l. c. p. 502. *Hendreich.* loc. cit. pag. 600. seq. Weil uns aber alle diese Scribenten auf *Leonem Allatium* weisen/ keiner aber seine Worte anführet/ so wollen wir nur etwas weniges aus der grossen Menge/ so er in Eccles. Occid. & Orient. perpetua consensione Lib. II. cap. 14. pag.

* Vide Georgii Pachymeris *Historiam rerum* à Michaële Palæologo *ante Imperium & in Imperio gestarum, Romæ typis Barberinis A. 1666. Græce & Latine in folio editam lib. 5. cap. 2.* & *subjunctam.* R. P. Petri Possini S. I. *Chronologiam Historiæ Pachimerianæ p. 537.*

pag. 712. seq. von ihm meldet / communiciren: Blemmida Vir hoc tempore, si pietatem & doctrinam spectes, verè admirabilis. Ἀνὴρ δ' οὗτος, ait Gregoras, lib. 11. πολλαῖς περιτεθισμένος ταῖς ἀρεταῖς καὶ πολλῇ τῇ σοφίᾳ ἐξησκημένος, ὁπόσην τε ἑλλήνων ὑμνοῦσι παῖδες, καὶ ὁπόσην οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας προεστῶτες καὶ ῥήτορες εἰς ἡμετέραν ὠφέλειαν προὔθηκαν. *Erat is multis virtutibus insignis, & sapientia varia instructus, tum ea, quæ apud Gentes in pretio est, tum ea, quam Ecclesiæ Antistites & Oratores in nostram utilitatem prodiderunt.* Georgius Acropolita in Histor. Ἐκείνου δὲ τελευτήσαντος μετὰ τὴν εἰς ἡμᾶς τῶν ποιημάτων σαφήνειαν, καὶ τὴν τῆς τῶν λόγων τέχνης διδασκαλίαν παρὰ τὸν Βλεμμίδην Νικηφόρον, ὃν τότε πάντες οἴδαμεν τελεώτερον τῶν ἄλλων ἐν ταῖς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμαις, ἐφοίτησά τε αὐτὸς, καὶ ὅσοι σὺν ἐμοὶ ἐτελοῦντο τὰ λογικά. *Eo demortuo, postquam nobis Poëmatum ambages explicasset, & orationis conficiendæ artem tradidisset, ad Blemmidam Nicephorum, quo neminem in Philosophicis disciplinis præstantiorem novimus, me ipsum contuli, & quicunque unà mecum logicis speculationibus attendebant.* Georgius Pachymeres Hist. lib. V. ὧν δὴ καὶ εἰς τὰ μάλιστα ὁ θαυμαστὸς ἀμ' ἀρετὴν καὶ λόγον Βλεμμίδης ἦν. *Inter quos præcipuus censebatur, virtute & sermone admirabilis Blemmida.* Et subdit in dissidio Arsenii & Josephi Patriarcharum: Τῷ δὲ Βλεμμίδῃ καὶ ἄλλο κατὰ σκοπὸν ἦν τὸ πεῖθον ἐκεῖνον δέ-

σχέσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος φιλόσοφον διάγων βίον ὅλως τῶν ὧδε ἐξῄρητο καὶ ἀπαθῶς εἶχε πρὸς τὰ γινόμενα, οὔτε τινὶ προσπαθῶν οὔτε μὴν ἐμπαθῶν, ἀλλ' ἦν ὁ νοῦς ἐκείνῳ, ὡς εἰ μὴ σώματι ὅλως κατείχετο, ἓν ἐλογίζετο, καὶ Ἀρσένιον εἶναι, καὶ Ἰωσήφ, οὐ γυμνοῖς αὐτοῖς προσέχων τοῖς γιγνομένοις, ὡς τὸν μὲν κρίνειν ἀδικηθέντα, τὸν δ' ἐπιβήτορα; Ταῦτα γὰρ χαμερποῦς τινος διανοίας, καὶ μηδὲν ἐχούσης τῶν παρόντων πλέον εἰς θεωρίαν ἡγεῖτο, ἀλλ' εἰδὼς θεοῦ μὲν τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀκίνητον, ἀνθρώπων δὲ τὸ μηδὲν ἐν μηδενὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κἂν βραχὺ μένειν. *Blemmidæ vero aliud in mente erat, quod illi persuadebat eum amplecti. Et enim cum ille philosophicam vitam ageret, totus extra res hasce factus, nullo erga res ducebatur affectu, neque cuiquam compatiens neque commiserans, sed mens illius ita agebatur, ac si in corpore prorsus non esset, unumque ducebat esse & Arsenium & Josephum, non factis ipsis animum advertens; adeo ut hunc quidem injuriam passum existimaret, hunc vero sedis invasorem. Hæc enim dejectissimæ cujusdam mentis, nec præter hæc præsentia aliquid aliud ad speculationem possidentis, existimabat, sat sciens, Dei quidem esse stabile ac immutabile, hominum vero in eodem etiam per modicum tempus* nullo modo persistere.* Mortuo Germano, ipse ob conspicuam virtutem in Patriarchatum vocatus, dignitatem recusat. Acropolita: Ἐπεὶ δὲ ἐχήρευε τοῦ πατριαρχοῦντος ἡ ἐκκλησία, προέφθακε γὰρ ὁ πατριάρχης Μανουὴλ μικρὸν τοῦ βασιλέως Ἰωάννου προτελευτῆσαι. ἔδει δὲ πρῶτον πατριάρ-

χὴν προβληθῆναι, ἵν' ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὴν στεφανηφορίαν ἐν τῷ ἱερῷ τελεσιουργήσῃ τεμένει. Ἐζητεῖτο μὲν ὁ ἄξιος τοῦ τοιούτου θρόνου. Ἡ δόξα δὲ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ τῷ Βλεμμίδῃ ἐτύγχανε Νικηφόρῳ, τῷ ἐμῷ διδασκάλῳ τῆς φιλοσοφίας λόγων τε καὶ δογμάτων, ἀνδρὶ ἐκ νεότητος τὸν ζυγὸν ἀραμένῳ τοῦ μονήρους βίου, καὶ περιβοήτῳ τυγχάνοντι, καὶ περὶ λόγον καὶ ἀρετήν. Κἂν ἐνίων ὁ φθόνος, καὶ μάλιστα τῶν προὐχόντων, οὐ μόνον οὐκ ἐκφανῆ τούτῳ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐποίει, ἀλλὰ καὶ κακίας τινὰς αὐτῷ προσεκόλλα. Οὗτος οὖν πρὸς τὸν βασιλέα Θεόδωρον φιλίως διέκειτο, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐφιλεῖτο· τῶν γὰρ λόγων, ἐν οἷς τὰ πολλὰ ἐπεγάννυτο, διδάσκαλον καὶ αὐτὸν ἐπεγράφετο, σοφὸς γὰρ ἦν εἰς ἄκρον ταῖς ἀληθείαις ὁ βασιλεύς. Ὁ δὲ ὀκνηρότερος περὶ τὸ πρᾶγμα ἐτύγχανεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς μαλακώτερον αὐτοῦ ἐπειρᾶτο. μᾶλλον γὰρ πρὸς βουλήσεως ἦν αὐτῷ τὴν προστασίαν μὴ καταδέξασθαι. Ταπεινοτέρους γὰρ καὶ μετρίους εἶναι τὸ φρόνημα τοὺς πατριαρχεύοντας οἱ κρατοῦντες ἐθέλουσι, καὶ προσπίπτειν εὐχερῶς τοῖς σφῶν αὐτῶν βουλήμασιν, ὡς προστάγμασιν· τοῦτο δὲ μᾶλλον οἱ ἀγροικότεροι πάσχουσιν. οὐδὲ γὰρ ἔχουσι τοῖς λόγοις θαρρεῖν. Οἱ δὲ περὶ λόγους ἀκαμπέστεροι φαίνονται, καὶ τοῖς ἐκείνων ὁρισμοῖς ἀντιπίπτουσιν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς Θεόδωρος διὰ ταῦτα μικράν τινα πεῖραν λαβὼν τοῦ ἀνδρὸς ἐφ' ἑτέρους ἐτράπετο.

Sed cum Patriarcha orba Ecclesia foret, (nam paulo ante, quam Joannes Imperator moreretur, Patriarcha Manuel vitam finierat) nec absque Patriarcha

Imperatoris coronatio in sacro templo confici posset, dignus ea provincia & honore quærebatur. Plurimorum suffragia in Nicephorum Blemmidam, Præceptorem meum, & Philosophicorum sermonum ac dogmatum institutorem, virum & literis & virtute perquam celebrem, & qui juvenis adhuc atque tenella ætate vitæ jugum Monasticæ tulerat, respiciebant, licet nonnullorum, & maxime primatum, invidentia non modo tantæ virtutis lumen occuluerat, sed & vitia quædam homini appinxerat. Hunc Imperator Theodorus diligebat, cui jucundissimus erat; quippe qui sermonum, quibus summopere delectabatur, magistrum eum sibi adsciverat: sapientiæ enim culmen revera attigerat Imperator. Ille ad tantam rem segnior esse; & Imperator etiam ipse non impense nimis urgere, cui magis volupe erat, ab eo similem dignitatem non recipi. Reges scilicet, eos, qui patriarchatui præsunt, moribus & ingenio abjectiores moderatioresque, ut facilius eorum nutibus, veluti jussis succumbant, peroptant, quod rusticioribus, cum sermonibus fidere nequeant, potissimum accidit; qui verò sapientiæ operam navant, rigidiores videntur, & illorum jussibus adversantur. Propterea Imperator Theodorus, illius mente sensuque leviter degustato, ad alios se convertit. Gregoras Lib. III. cap. I. Ἀλλ' ἦν τηνικαῦτα ὁ πατριαρχικὸς θρόνος ὠρφανισμένος τοῦ διιθύνοντος, ἐπειδὴ περ βραχέως ἔφη γενόμενος ἐξ ἀνθρώπων ὁ πατριάρχης Γερμανὸς, ἀνὴρ συνετὸς, καὶ ἀρετῇ, καὶ λόγῳ τὸν βίον κοσμή-

σας

σας. σκέμματα τοίνυν καὶ λόγοι προὐτίθεντο περὶ τοῦ τῆς πατριαρχείας ἀναδεξομένου τοὺς οἴακας. καὶ ἦσαν ἐπὶ γλώττης πολλοί τε τῶν ἐπιδόξων, ἄλλοι καὶ ἄλλοις. ἐν τοῖς πάντων δ' ἔκειτο στόμασι μᾶλλον ἁπάντων ὁ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ περιώνυμος Νικηφόρος ὁ Βλεμμίδης, ὃς ἐτύγχανε περὶ τὴν αὐτοῦ μονὴν ἀθόρυβον ποιούμενος, πότε τὴν δίαιταν, καὶ ἀσκήσει τραχείᾳ συντήκων τὸν βίον. *Sed cum ſedes vacaret, nam Germanus, vir prudens & doctrina & vita probitate inſignis, non ita pridem deceſſerat, de ſucceſſore eligendo deliberatum ac diſputatum eſt; ac multi in expectatione atque in ore erant; & alii aliis, ſed doctrina & virtute celebris Nicephorus Blemmida, omnium ſermonibus, cæteris præferebatur. Qui cum in Monaſterio, à ſe extructo, quietam agens vitam, aſpera victus & exercitationum ratione ſeſe macerabat.* &c. An Manuel vel Germanus is Patriarcha fuerit, cui ſubrogandus erat Blemmida, alii dicent. Fuit Blemmida apud Græcos validus Latinæ ſententiæ adverſus Græcos aſſertor. Nam cum, Joanne Duca rerum potiente, inter Græcos diſcurreretur de proceſſione Spiritus ſancti, ipſe multis ex ſacra ſcriptura & ex ſanctis Patribus teſtimoniis collectis Latinorum ſententiam confirmavit; & poſtea ad Imperatorem Theodorum Laſcarim, & ad Jacobum Bulgariæ Archiepiſcopum electum, eorum examen transmiſit. Joannes Veccus, Orat. de injuſtitia, quam perpeſſus eſt, propria ſede ejectus: Ἐπὶ δὲ τούτῳ νεώτερον καὶ ὅσον τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς ἐστὶν εἰπεῖν τὸν Βλεμμίδην εὑρίσκω ἐκεῖνον, οὗ πολὺ τὸ ἐν λόγοις κλέος

κλέος ἐστίν. οὐ τὴν σοφίαν, οὐδ' ὁ πάνυ ἀπεχθῶς διακείμενος μὴ ἐπὶ πολὺ προελθεῖν δόξης διαβαλεῖ, γραφήν τινα περὶ τῆς ὑποθέσεως ἐγχαράττοντα ταύτης πρός τινα Βουλγαρίας μὲν ἀρχιεπίσκοπον τῷ χρόνῳ ἀναδειχθέντα, διὰ δὲ βίου θεοφίλειαν πρὸς τὸ ὄρος τοῦ Ἄθω ἀναχωρητικῶς ἑλόμενον ζῆν. οὗ καὶ αὐτοῦ τοῖς ἐν λόγοις περιουσίας πολλοὶ μὲν τῶν εἰσέτι ζώντων οἱ μάρτυρες. ἀκριβὴς δὲ ἀπόδειξις ἅπερ τοῦ βίου κατὰ θάνατον ἐκεῖνος τὴν τῶν ἐκκλησιῶν διάστασιν ἀποδύρεται τὴν κατὰ τῶν αἰτίων αὐτῆς ἐντεῦθεν παριστῶν ἑαυτοῦ ἀγανάκτησιν. Ποιῶν δὲ οὕτω δίδωσί μοι νοεῖν, μὴ ἄν ποτε τοιαῦτα πρὸς ἐκεῖνον λέγειν καὶ γράφειν, εἰ μὴ κἀκεῖνον, ᾔδει ἐπὶ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν ὀδυνόμενον διαστάσει, ὡς καὶ ἕτερός τις ἐκ τῆς τῶν γραμμάτων ἔχει συνιδεῖν περιλήψεως.
Praeterea juniorem, & ejusdem cum nostra aetatis, ut ita dicam, Blemmidam illum invenio, cujus laus multa est in sermone, cujusque sapientiam, etiam quam maximè infensi, in ingentem gloriam pervenisse, fatebuntur, scriptum quoddam de hoc argumento digerentem ad Bulgariae quendam Archiepiscopum electum, quamvis is, divino instinctu percitus, in monte Atho solitariam vitam agere elegisset: cujus etiam in orationibus praestantiam multi, qui adhuc in vivis sunt, contestantur. Sed nulla certior erat demonstratio, quam ipsius scripta, quae post illius mortem teruntur manibus omnium. Nomen erat viro Jacobo. Ad hunc Blemmida scribens, Ecclesiastica dissidia deplorat, in illius causam promens indignationem. Quo mihi satis innuere videtur, nunquam

quam similia se vel dicturum vel scripturum fuisse, nisi etiam illum agnovisset de hoc Ecclesiarum dissidio indolere, ut & alius quispiam ex iis, quæ in literis continentur, perspiciet. Jacobo Proarchio cognomen fuit. Legi etiam ipse ejusdem nonnulla alia, vincta atque contexta oratione; alia, soluta, prout illa ferebant tempora, elegantissima. Georgius Pachymeres Histor. Lib. VI. Πίπτει γοῦν ἐς χεῖρας ἐκείνῳ τῷ Βέκκῳ, τὰ τῷ σοφωτάτῳ Βλεμμίδῃ γραφέντα πρός τε τὸν βασιλέα Θεόδωρον ἀρχὴν ἔχοντα τὸ, ὁ ζητῶν οὐκ ἐν καιρῷ, καὶ λαμβάνων ἐν καιρῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν Βουλγαρίας Ἰάκωβον τὸ, ἔστι μοι πάθος, ὅπερ ἐξαγγελῶ, πρὸς ἀκέστορα γὰρ ἰατρὸν, προοίμιον φέροντα. *Inciderunt igitur in manus Vecci, cum ea, quæ doctissimus vir Blemmida scripsit ad Theodorum Imperatorem, quæ incipiunt: Qui quærit non oportuno tempore & accipit opportuno; tum ea, quæ ad Jacobum Bulgariæ Archiepiscopum; quæ hujusmodi præ se ferunt proœmium: Est mihi morbus, quem patefaciam, quippe ad peritum medicum.* Manuel Caleca Lib. IV. adversus Græcos: *Indicio etiam nobis sunt Nicephori Blemmidæ Monachi & Presbyteri, cujus in omni virtute & sapientia nomen insigne apud omnes est, duo ad Theodorum Lascarim Regem libri de Spiritu Sancto conscripti, quibus indicatur, ex Filio & per Filium substantiam habere, à sanctis Patribus traditum.* Ein mehrers anzuführen trage Bedencken/weil der locus zu weitläufftig. Aber das letztere pag. 722. ist remarquabel: Tradunt nonnulli, Blemmidam cognomento Sapientem, contra

Chry-

Chrysolanum, qui de processione Spiritus sancti pro Latinis contra Græcos opus ediderat, scripsisse. Quod si ita est, alium ab hoc nostro Nicephoro Blemmidam fuisse, qui Latinorum partes elegantissimis Orationibus tutatus est, certo certius est. Et sanè, scriptum illud Blemmidæ, quod incipit *ταῦτα οἱ τῆς Ῥώμης ἐπάγουσιν, ὁ πατὴρ ἐνεργεῖ διὰ τοῦ υἱοῦ*, non tantum contra Chrysolanum, quem nullo modo nominat, sed contra opinionem Latinorum est. Existimarunt vero viri docti, illud contra Chrysolanum esse, quod scripta Furnæ & Eustathii, quibus Chrysolano respondetur, subsequatur. Græci enim nostri non tantùm hoc contra Latinos, sed aliud quoque, quod ipse vidi, de processione Spiritus Sancti, sub nomine Blemmidæ publicarunt ad Joannem Ducam, cujus principium est: *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος ζητήματος προὔκειτο συνεξετάσαι.* Unde dici posset, primum Blemmidam tempore Joannis Ducæ, cum Romani Apocrisiarii Byzantium venissent ad sedanda Ecclesiarum dissidia, nondum discussa causa, quæ in promptu occurrebant ex penu aliorum Schismaticorum, effutiisse; re postea examinata diligentius, & veritate cognita, eandem ad Theodorum Joannis hæredem & Jacobum Bulgariæ & alios scriptis editis promulgasse: secundò, commenta ea esse aliorum Schismaticorum; sed ad comparandam auctoritatem sub tanti viri nomine prodiisse. Moris enim fuit recentioribus, ut fidem, quam quis pro defendenda veritate aucupaverat, deprimerent, famamque partam convellerent,

nova

nova adversus veritatem scripta sub eodem nomine edere, ut de Joanne Vecco Patriarcha factitarunt. Eoque magis id mihi persuadeo, quod videam, neque rerum pondera, neque doctrinam, neque styli eandem rationem, dum illa confero, in utrisque esse. Quæ si censor ingenuus perspexerit, hæc quoque pro Latina Ecclesia à Doctore & Magistro, quæ contra eam, à puero, eoque elingui, dictata esse, affirmabit. Quare nulla ratione Blemmidæ sunt; &, si Blemmidæ sunt, alterius ab hoc nostro necessario fuerint, licet Nicephori nomen adversarii supposuerint. Post Joannem Ducam succedit Theodorus Lascaris junior; qui, nescio qua ratione, Romanæ Ecclesiæ iniquior, de processione Spiritus Sancti adversus Latinos nonnulla edidit; forte an exercitandi ingenii causa. Scripsit namque inter alia pleraque octo Theologicas orationes, in quibus tractat de Uno & Deitate, unum esse tria, de divinis nominibus, de sanctissima Triade, de Incarnatione Christi, & in duabus postremis integris de processione Spiritus Sancti contra Latinos. Mit einem Worte / es ist aus der Kirchen Historie zur gnüge bekannt / daß er den Griechischen Irthümern ziemlich ergeben war (vid. *D. Dannhaueri* stylum vindicem p. 220.) ohngeachtet er sie bestritten hat. Conf. *Petri Stevartii* observat. in Manuelem Calecam p. 450. seq.

Anno 1709. kam zu Rostock in 8. heraus: Analytica paraphrasis Psalmorum, oder aufgelöster Grund und Wort-Verstand der Psalmen Davids/

vids/ aus dem Hebräischen genommen und verfertiget von M. SAMUEL BOHLIO der H. Schrifft/ Professorn in der Universität zu Rostock/ anjetzo auf vieler Verlangen wieder aufgeleget/ sammt einer Vorrede *Zachariæ Grapii* D. und Profess. Publ. Ordinar. in Rostock/ wie auch Predigers an der Thum-Kirchen Jacobi. Vitam ejus, schreibt gedachter Grapius in der Vorrede/ si quis desideret, breviter recensitã reperiet is eam in *Programmate*, quod in ejus obitum tum temporis Magnificus Academiæ Rector, *Dn. D. Johannes Cothmann* S. S. Theol. Professor scripsit, quod & *B. Dn. M. Henning Witte Memoriis Theologorum* inseruit *Decad. 4. p. 471. seqq.* Pariter & vitam *Bohlii* recenset *Rever. Facultas Theol. Rostokiensis* in *Programmate*, quod in obitum ipsius more sueto edidit, quodque una cum *Programmate Rectorali Cothmanniano* exhibet *Dn. Georg. Witzleben* in *Præfatione*, quam *Ethicæ S. B. Bohlii* præmisit. Ex quibus Scriptis constat, *Bohlium* huncce natum esse Anno 1611. mense *Majo Gryphenbergæ*, quæ est Civitas Pomeraniæ ulterioris, Patre *Dn. Paulo Bohlen*, Senatore & Advocato ejus loci spectatissimo. Studiorum fundamenta prima in Scholis minoribus *Gryphisvvaldensi* & *Stralsundensi* jecit, quæ & deinde eo solidius excoluit in Academiis, nimirum *Wittebergensi & Regiomontana*. Atque ex hac ultima discedens Anno 1635. invitatus fuit à Dn. D. *Jacobo Fabricio*, tum generali Pomeraniæ orientalis Superintendente, ut apud se tanquam filius aliquantisper commoraretur, quod & per integrum annum

factum

factum est. *Stetino* ad *Academiam Rostochiensem* venit Anno 1636. d. 1. Augusti, talemque se hic exhibuit, ut ab Amplissimo & Prudentissimo Reip. hujus Senatu Academiæ Compatrono munificentissimo ad Professionem Theologicam in locum Dn. D. *Stephani Clotzii*, qui ad Superintendentis Generalis Officium in Holsatiam abhinc abierat, vocatus fuerit. Quam spartam vero, referente citato *Cothmanno*, *diligentia & assiduo ac concatenato quasi labore ita ornavit, ut in semetipsum ac propriam valetudinem injurius quodammodo videri potuerit.* Hinc perpetuo illo & nunquam ferme interrupto labore confectus non diu muneri assignato præfuit, sed cum Anno 1638. d. 4. Junii officium esset agressus, jam subsequente A. 1639. d. 10. May beata morte obdormiens valedicere eidem, DEO sic jubente, debuit. Et præ aliis memorabile omnino est, quod & *Cothmannus & Rev. Facultas Theol.* in Programmatibus suis referunt, quod ipse hic *Bohlius* sibi ipsi exitus ex hac vitâ vates fuerit juxta illud:

Cantator Cygnus funeris ipse sui.

Non enim solum triduo ante, quam lecto affigeretur, affirmavit, se in somno sibi visum Stralsundum evocatum, &, ut super his verbis: *Homo de muliere natus brevi vivit tempore, & plenus est laborum & ærumnarum concionem haberet, injunctum sibi fuisse:* sed & tribus horis ante, quam animam Salvatori reddidit, lecto adstantibus dixit: *Post horam tertiam auditam mundo exibo, & ad cœlestes commigrabo oras, ad exemplum scilicet aviculæ, quæ aperta cavea non ejicitur, sed evolat.*

Labores hujus Viri, qui, ut ex recenſendis patebit, revera Herculei fuerunt, potiſſimum circa linguas Orientales, explicandumque S. Codicem, imprimis Hebræum, occupati erant. Quoque in ſtudio ita excelluit, ut primus Hebraismi in Germania reſtaurator omnino ſit dicendus. Elegantiſſime more ſuo *Dn. D. Fechtius* noſter in *Orat. poſteriori Exegeſi B. Schomeri in Epp. Pauli minores ad calcem* annexa, ita: *Venio nunc admiraculum hominis plane ſtupendum, quodque fidem propemodum omnem excedit, SAMUELEM BOHLIUM. BOHLIUM cum dico, Hebraismi reſtituti & deducti quaſi ad ſummum faſtigium alterum veluti parentem intelligo. Quicquid enim poſtea vel in hac vel in aliis Academiis Hebrææ Philologiæ Heroës, Matthias inprimis Waſmuthus, ſupra priſtinam ſimplicitatem ſapuerunt, id omne ex Bohlio tanquam fonte profluxit &c.* Sic namque jam in Academiâ Regiomontanâ hoc in ſtudio magnam ſibi comparaverat laudem per triennium illud, quod ibidem tranſegerat, ut teſtantur verba *Magnifici Rectoris & Senatus Academiæ.* Ejusdem in literis teſtimonialibus, qua & Cothmannus allegat ita ſonantia: *Poteſtate ipſi facta privatim tum legendi tum diſputandi, ea ita fuit uſus, ut & Academiæ noſtræ magno ornamento, & ſtudioſæ juventuti inſigni emolumento fuerit, & ſibi immortale apud nos nomen compararit. Nam & ante Promotionem Collegia tum Chaldaico-Syriacum Grammaticum & Practicum; tum Arabicum, in quo Paſſionem Dominicam explicuit; tum aliud Grammaticum, in quo Grammaticam Hebræam*

ſuopte

suopte Marte summâ diligentiâ methodice conscriptam proposuit. Et post Promotionem Propheticum, tum super Esaiam Oratorium, in quo & verum vatis sensum tradidit & in certas eum orationes sive conciones tribuit, ad quarum imitationem sex quoque Orationes Hebraicæ ipso Ἐϱγοδιώκτῃ *& Moderatore, approbantibus eas prius Dominis Theologis, à Studiosis stylo Prophetico publicitus fuerunt habitæ; tum super Malachiam Grammaticum, in quo præcepta Grammaticæ Hebrææ ante Promotionem dictata accurate revidit, clariusque rara dexteritate explicuit: tum Rabbinicum disputatorium privato-publicum super Danielem ex R. Joseph. Jacchiade: tum Arabicum sive Chaldaico-Syriacum super Esdram & Epistolam ad Romanos: Unde ipso itidem Directore Orationes Chaldaicæ & Syriacæ aliquot habitæ, à Linguarum Orientalium Studiosis publice in* ἀκϱοατηϱίῳ *majori fuerunt. Ad hæc tres Disputationes super Jesaiam Anti-Rabbinicas, consensu Dn. Theologorum, publice habuit easdem volente Domino alibi continuaturus. Ut ita præceptorum Grammaticorum in linguis supra dictis* γνῶσιν *cum ipsa* πϱάξει *& usu magno cum operæ pretio & incredibili Candidatorum linguarum orientalium utilitate semper conjungens, hoc verissimum eloquium à nobis nunc reportet: Linguas Orientales supra nominatas hactenus in Academia Regiomontana inde à prima ejus fundatione nunquam floruisse magis, quam vivente in ea ac florente M. Samuele Bohlio &c.* Eandem revera stupendam operam nunc etiam in hâc ipsa Academia Rostochiensi continuavit per triennium illud;

quod hic tenere ipsi licuit, uti non saltem videre est ex publicis ipsius Scriptis, quæ per hoc tempus vulgavit, verum etiam ex tot habitis Collegiis. Teste namque *Cothmanno* l. c. Grammaticam Hebræam quinquies, Chaldæam bis, Syriacam semel additis textibus & auctoribus instituto suo inservientibus docuit. Et quemadmodum quoque Dn. *Georg. Witzleben* l.c. refert, & in accentuatoriis, quorum vel primus restaurator *Bohlius* noster fuit, item & in Oratoria sacra magno cum applausu Collegia sua habuit. Et Systema Theologicum in Collegio quodam pertractavit, totque libros Biblicos absolvit, ut merito inde *Dn. D. Fechtius* l. c. hæc omnia ceu stupenda maxime miretur, inquiens: *Is itaque unius triennii spatio, quo hic vixit, plerosque libros V. T. novi etiam plurimos, inprimis Esaiam, Jeremiam, Danielem, omnesque Prophetas minores, Jobum, Psalterium, Proverbia, Pericopas Evangelicas & Epistolicas, Epistolam ad Romanos, ad Hebræos, non semel, sed bis terque exposuit. Systema Theologiæ ad seriem Augustanæ Confessionis ex sola Scriptura S. concinnavit, Scripturam Patribus præferendam, Theologiamque unice in Scripturâ latere pronuncians, atque solam veram & unicam eruditionem, in cujus respectu cætera eruditio omnis straminea sit, scripturariam esse dictitans. Quater quotidie ordinarie, frequenter extraordinarie legit. Vix credi potest, unum hominem tantillo tempore tantos tamque vastos sustinuisse labores.* Et revera de Academia nostra Rostochiensi quoque valebit, quod supra de Regiomontana audi-

audivimus: *Linguas Orientales, imprimis Hebraicam, in Academia Rostochiensi à primâ ejus fundatione nunquam floruisse magis, quam vivente in eâ & florente M. Samuele Bohlio.* Sic namque Studiosi nostri ipso Manuductore ita exercitati fuere, ut sæpius Hebraice & peroraverint, & Disputationes quoque & Hebraice scripserint & Hebraice colloquendo habuerint. Imo & ipsæ puellæ ac virgines nostræ, ut sæpius audivi, sacrum Codicem Hebræum, *Bohlio* præeunte, perquam promte ac expedite exponere didicerunt, quæque & nomen inde acceperunt, ut vocatæ fuerint tum temporis: Die Hebräischen Jungfrauen. *Et ut multa paucis complectar* (utor verbis Cothmanni) *uno verbo laboriosissimus homo fuit.* Quare & magni semper fuit æstimii, non saltem apud amicos & familiares; verum etiam apud eos, qui alias non in omnibus cum ipso convenerunt. Quorum è numero etiam *Cothmannus* erat, qui tamen in citato *Programmate* omni ipsum ornavit elogio, & inter alia circa finem ferme ita: *Si DEO ita visum fuisset, crescente ætate & judicio Reverendum & clarissimum hunc virum Dn. M. Samuelem Bohlium conservare, omnino mihi orthodoxiæ illum nostræ insignem fore propugnatorem promisissem.* Imo & ipsi exteri æstimarunt Virum singularis & eruditionis & studii. Testatur id idem *Cothmannus*, quando ita: *Verum est, quod quidam vir Clarissimus Professor Linguæ Hebrææ celebris alicujus loci de nostro defuncto ad me scribit: Indefessum hominis studium laudo, nullusque dubito, Dominum Bohlium egregias Orthodoxæ*

nostræ Ecclesiæ navare posse operas, quia fontes Hebræos ita imbibit, ut cuivis palmam facere possit ambiguam. Utque quam plurima alia ejusdem elogia taceam, adduco saltem adhuc, quæ recentissime in Belgio celeberrimus *Dn. Jacobus Gussetius in Commentar. Lingu. Hebraic.* pag. 948. de *Bohlio* nostro, & speciatim de *Disputationibus* ejusdem pro *formali significationis eruendo* judicat. *Magni æstimatum*, inquiens, *Eruditis hoc Bohlii opus fuisse oportet, quippe quod commendandum egregiæ librariorum societati recudenti libros ad S. Scripturam attinentes de meliori nota censuerint, Unde & insigne celebritatis incrementum accepit &c.* Paraphrasin Psalmorum post pium obitum Autoris complevit & edidit genuinus quidam *Bohlii* Discipulus *M. Caspar Ledebuhr.* ut ex præmissa *Dedicatione & præfatione* constabit. Quid hic præstiterit, ipse libellus docebit. Nempe datur cujuscunque Psalmi thema, postea ratio confirmandi illud cum versione seu paraphrasi germanicâ additur, ut videatur, quomodo periodus cum periodo, versus cum versu, incisum cum inciso cohæreat atque ex illo ortum trahat. Vidi & aliam editionem hujus libelli de eodem anno; sed sub aliquantulum alio titulo, hocce nimirum: *Analytica Paraphrasis Psalmorum,* oder wohlgelegter fester Grund-Schluß / und aufgelöseter Wort-Verstand der Psalmen Davids aus dem Hebräischen neben fleissiger Betrachtung der Schlüsse und ihren Gründen / wie auch zu bessern Verstand der Psalmen dienliche Reden genommen / erkläret und verfertiget von M. Samuel

Boh-

Bohlen / der Heil. Schrifft Professorn in der Universität zu Rostock Anno. 1639. in 12. verò libellus unus idemque est.

Wann Herr *Poëtius* in Biblioth. portatili p. 77. dieses Scripti erwehnet / so nennet er den Autorem unrecht *Botium*, soll Bohlium heissen.

Von seiner Hebräischen Litteratur finden sich unterschiedliche Urtheile der Gelehrten. D. Pfeiffer Introduct. in orientem p. 93. schreibt: Cl. Bohlius edidit aliquot Disputationes *de formali significationis eruendo in explicatione Scripturæ S.* è quibus duodecim ad nostras pervenerunt manus. Ponit illic vir Cl. hoc velut fundamentale axioma: *Omnes voces, quæ descendunt ex radice, debent habere idem formale radicis.* Vult nimirum omnes radices habere unum formale, generale & abstractum significatum, quo communicari queat omnibus derivatis, si non semper propriè, tamen καἰ' ἀναλογίαν. Id assertum confirmat multis exemplis. Sed & jam ante eum Junius *Gram. pag. 40.* dixerat: *Primitiva omnia cum suis conjugatis semper communicant significationes, sive id propriè fiat, sive figuratè.* Et *Nicol. Petræus* in Lexico Grammaticæ subjuncto formalia significata eruere & derivatis applicare conatus est, quod promiserat, sed non præstiterat Junius. Nos, quanquam concedamus radicem, uti litteras, ita & significationem communicare derivatis, tamen non satis probatum ab ullo putamus, quod lingua Ebræa planè nullas radices habeat, pure æquivocas, quibus vix ulla lingua caret. Si verò quædam dentur radices æquivocæ,

 sequi-

ſequitur, non poſſe abſtrahi unum formale ſignificatum omnibus omnino derivatis communicabile. Und nachdem er dieſes mit einigen Exempeln bewähret / ſchlüſt er: Interim damus radicem æquivocam in ſua æquivocata diviſam, deinceps derivatis diverſam ſignificationem communicare. Conf. Joh. Cothmanni *Def. circa quæſt. de matrimonio Comprivign. c. I. p. 4.*

Idem Pfeifferus in Conſult. Epiſt. de Editione Lexici Biblici §. 4. addit: Cæterum Bohlius modum formale eruendi quam plurimis exemplis declarare conatus eſt, quandoque tamen τῇ ὑποθέσει δουλεύων, ut cum v. c. omnes ἀνθρωποπαθείας amoliri nititur, unde quandoque planè precaria, idque nimis imperioſè, obtrudit formalia. Confer. *Neumanni* Geneſin Linguæ Sanctæ ſub finem, & *Auguſt. Herm.* Franckens Diſſert. de Grammatica Hebr. §. 20.

Annus jam agitur quadrageſimus, cum *B. Samuel Bohlius t. t. in Alma Roſarum Univerſitate Philoſophiæ Magiſter, & S. Theologiæ Cultor*, primus ferè noſtra ætate Accentuum doctrinæ ſcrutator diligentiſſimus, inter varia ſuæ eruditionis ſpecimina, *libellum quoque tripartitum* evulgaret, *de vera Diviſione Decalogi, ex infallibili Principio Accentuationis data.* Varii, prodeunte hoc ingenii fœtu, animorum motus. Non defûere, qui hæc, utut *Buxtorfio*, Ebraizantium ſui ævi Phœnici ignorata, facilè admitterent; rati, vel hac ratione, poſt tot lites, non ſine turbis in Eccleſia agitatas ſuper vera diviſione Decalogi, tandem pro recepta ha-

ctenus

ctenus ſententia *ex accentuum miniſterio* decidi, & poſt tot præſidia Theologica, Hiſtorica, & Philologica, hoc novo, adverſarios *Judæos & Reformatos* urgeri poſſe. Alii tamen, utut cum noſtris Eccleſiis receptam amplecterentur diviſionem Decalogi, minus tutum tamen judicarunt, rem hanc haud adeò levem, *apicibus hiſce, ob neglectam hactenus eorum ſcientiam, (ſi qua modò dari poſſit,) & varietatem Codicum, ſilentium item Antiquitatis hodie ſatis dubiis* concredere: maximè, cum animadverterent, negotium hoc accentuatorium non tàm feliciter procedere in demonſtranda diſtinctione IX. & X præcepti, quam in oſtendenda præcepti de *non habendis Diis alienis*, neque *faciendis ſculptilibus*, identitate. Maluerunt igitur ἐπέχειν, & certiora expectare allatis, faſſi ingenuè, *ſe agnoſcere in his multa, quæ ſolis Judæorum Majoribus, & primis horum accentuum Autoribus*, (quicunque tandem illi ſint,) *cognita, nobisque adeò adhuc dum abſcondita ſint.* *M.* Michael Beck / de duplici Accentuatione Decalogi p. 1.

Accentuum doctrina aliquandiu ſemi ſopita & tantum non ſepulta jam è cineribus quaſi reviviſcere videtur. Suſcitare certè eandem pertinaciſſimo labore & internecinis vigiliis aggreſſus eſt *Cl. Sam. Bohlius* ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, cumque Accentibus non minimam vitæ partem impendiſſet, volumen ingens de iis ἀνέκδοτον reliquit. Quo ipſo forte ſupplevit, quæ egregiis quidem, at in hoc genere conſummatis nondum conatibus tum Ebræorum *Autoris Portæ Accentuum*, *R. Calony-*

mi, *Eliæ Levitæ*, *R. Judæ* Bileamidis; tum Christianorum *Johann. Reuchlini*, *Sebast. Münsteri*, *Val. Schindleri*, *Johann. Avenarii*, *August. Seb. Nouzeni*, *Franc. Junii*, *Chr. Helvici*, *Joh. Buxtorffii*, *Gronbeccii*, aliorumve, deesse videbantur. Dolemus interim, Viri doctissimi lucubrationes ad nostras haud pervenisse manus. Ejus tamen discipulus *M. Casp. Ledebuhrius*, ante hos viginti annos novum tractatum edidit de ratione Accentuum, quem Catenæ S. S. nomine insignem esse voluit. At verò spe sua & opinione obscurior intricatiorve non adeo multos allexit libelli sui procos, detrectantibus plerisque tantum temporis tribuere accentibus, quantum plurimi ægrè impenderent toti linguæ. *M. Augustus* Pfeiffer/in doctrina accentuum p. 1.

Sententia *Samuelis Bohlii*, admirandæ de cætero industriæ in hac Academiâ quondam doctoris, quæ ut nomina, membra humani corporis de DEO enunciantia, de eodem propriè enunciare posset, abstractum ab omnibus nominum exemplis conceptum, eumque ita universalem, ut omnibus in proprietate aptari posset, subtili invento formavit, vocis originem Grammaticam cum usu recepto confundit. Nec enim nomina id propriè significant, quod ab omnibus conceptibus particularibus abstrahitur, sed quod usu iisdem imponitur. Verba enim valent sicut nummi. D. Fecht in Thes. Select. ex Theolog. Polem. §. 6.

Videri poterat Vir Doctissimus *Samuelis Bohlii*, Theologi quondam Rostochiensis, de significatione

ne abstracta vocum sententiam incrustrare voluisse. Hic enim uti Vir erat admirandæ pariter industriæ & singularis prorsus ingenii: ita, ut nomina membra humani corporis Deo tribuentia de eodem propriè enunciare posset, abstractum ab omnibus nominum exemplis conceptum, eumque ita universalem, ut omnibus in proprietate aptari posset, subtili invento formavit. Proprietatem itaque vocum Ebræarum, quæ Deo manus, pedes &c. adscribit, absque ulla Metaphora sive Anthropopathia sic exponendam esse contendit, ut hæ voces proprie Deo, analogice tantum hominibus aliisque animantibus competere censeantur. Hæc sententia à D. Hülsemanno postmodum sub censuram vocata & rejecta est, qui imprimis urget, ista hypothesi non solum enervari omnem vim demonstrandi sacris in literis, utpote quæ nitatur talibus significatis nominum & verborum, qualia communis usus omnium gentium iis imposuerit, non verò quale significatum primitivo sive primæ Radici vocis per generalem quandam analogiam inhæserit; sed abolere etiam ac evertere omnem efficaciam pactorum & conventorum inter homines, si formale significatum cujuscunque verbi æstimandum sit & explicandum ex generaliori sive latiori significatu verbi primitivi sive originalis. *Gottfr. Cohlreiff.* in Hebraista Polyhist. p. 13. seq. Conf. *Dannhaueri* Hodosoph. Phœn. I. p. 207. & *D. Hülsemann* in Præf. ad F. C. p. 253.

Daß er so früh-zeitig durch allzu grossen Fleiß sein Leben geendet/ bedauert auch nebst kurtzer Beschrei-

bung

bung seines Lebens *M.* Gottfried Böttner Diss. I. de Eruditis studiorum intemperie mortem sibi accelerantibus sect. hist. cap. I. §. 3.

In des gelehrten Holländers *Jac. Goussetii* Commentario linguæ Hebrææ ist zuletzt ein Anhang zu finden von Bohlii vorerwehnter Hypothesi, welche der Autor zwar überhaupt lobet / aber doch nicht zu frieden ist / daß Bohlius lauter General-Bedeutungen denen Hebräischen Worten giebt / durch deren Weitläufftigkeit die Sache nur ungewisser gemacht wird. Vid. unschuldige Nachrichten Ao. 1703. p. 89. seq.

Seraphicus licet Doctor, (schreibt der Capuciner *Barth à Castro Vetro* Tom. II. gloss. univ. pag. 2. von BONAVENTURA,) expositionem aliqualem tradiderit ex professo in proprio opusculo, tamen valde mutilam. Unde inferius inserentur omnes expositiones, quibus omnia sua Scripta respersit verè mirabiles & sublimes. Aus dem Inhalt aber merckt man gleich/daß es mehr ein Marien-als Davidischer Psalter sey. Es ist aber selbige Expositio gleich in dem ersten Theile seiner Schrifften zu finden/Psalterium verò B. Mariæ Tom. VI. ingleichẽ in seinen ao. 1495. in fol. zusam̃en gedruckten Opusculis Tom. II. pag. 84. seq. Die unterschiedlichen Editiones von den Schrifften *Bonaventura* recensiret *Corn. à Beughem* in Incunab. typogr. pag. 33. In Baptismo *Johannes*, à parentibus *Fidauza* seu Fidautius, item Fidanza, Fidanzius; â Græcis, ut quidam volunt, *Eytychius*, ac deinde *Eustachius* vocatus.

Nasci-

Naſcitur Balneoregii Bagnaurea, urbe Etruriæ A. C. 1221. Ordinem Minorum ſeu S. Franciſci ingreſſus A. C. 1242. eſt adoleſcens: Albanenſis deinde Epiſcopus ac Rom. Cath. Eccleſiæ Cardinalis à Gregorio X. Papa creatus A. C. 1274. Moritur Lugd. eodem anno. Opera ejus excuſa ſunt Coloniæ 1486. Romæ VIII. Tomis 1588. 1598. Moguntiæ 1608. in VII. Tomos diviſa. Index vel Repertorium ſeparatum Tomum conſtituit Lugduni VII. Vol. 1668. in fol. Lucas Waddingus novam ac locupletiorem moliebatur operum omnium S. Bonaventuræ editionem, cum præfixis ad ſingula cenſuris. An prodierit, neſcio, cum autor moreretur ante publicationem -- Libros S. Bonaventuræ in Compendium redegit Guilielmus Fulginas ejusdem ordinis Monachus. De ejus vita orationem habuit coram Sixto IV. Papa Octavianus Martianus, aliis Maracrianus Sinueſſanus, aliis Sueſſanus, Conſiſtorii Papalis Advocatus 1589. Eam *Surius* in capita quædam redegit, reſectis, quæ ad hiſtoriam haut facerent. Vitam ejus ſcripſit etiam Petrus Galeſinius, operibus præfixam. *Hendreich.* Pandect. Brandeb. p. 640. ſeq.

Cum ordini Minorum ſe addixiſſet, & ſub Alexandro Halenſi mirificè in Theologia Scholaſtica profeciſſet, ita mores & pietatem cum ſcientia conjunxit, ut idem ipſe Halenſis de eo dicere ſoleret, videri ſibi *Adamum in Bonaventura non peccaſſe.* Johannes item Gerſon Cancellarius Pariſienſis in opuſculo de libris legendis à Religioſis, conſideratione quinta, ait: *Singulariter inter omnes*

Docto-

Doctores Catholicos videri D. Bonaventuram idoneum, & securissimum ad illuminandum intellectum, & ad inflammandum affectum: quem ideo plerisque aliis Theologis præfert, quod *ut solitus est,* (inquit) *securus, pius & devotus, sic recedat, quoad ejus fieri posset, à curiositate, neque positiones immisceat extraneas, vel doctrinas seculares Dialecticas, aut Philosophicas theologicis terminis obumbratas, more multorum: sed dum studet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem, ac religiositatem affectus. Quare* (subdit) *factum est, ut ab indevotis Scholasticis, quorum (prohdolor!) major est numerus, ipse minus extiterit frequentatus.* Et ita quidem Gerson, qui aliis item in locis D. Bonaventuram extollit, appellans *Doctorem Seraphicum atque Cherubicum,* dignissimum nimirum, qui plurimorum manibus teratur. At Tritemius ita ait: *S. Bonaventura in scribendo profundus non verbosus: subtilis, non curiosus, disertus, non vanus; flammantia non inflantia verba proferens. Unde & securius legitur, facilius ab amante intelligitur, utilius frequentatur, pauci verò scribendo libros docuerunt utrumque. Bonaventura autem & multos superavit, & paucos; dum ejus doctrina devotionem, devotio instruit doctrinam. Si ergo & doctus vis esse, & devotus, illius Opusculis esto intentus.* Hæc ille —— miraculis clarus, quem Sixtus IV. in Sanctorum Catalogum retulit, cum ejus corpus Lugduni sepultum esset, qua in Civitate cum semper Catholici illud essent venerati, ejusque nomini in Dei gloriam insigne, quod extat, templum excitassent, anno superioris

ris ſeculi 61. Calviniani hæretici in profluentem Araris, qui mox in Rhodanum influit, projecerunt, ſicuti & alia corpora Sanctorum. Irenæi, & aliorum vel combuſſerunt, vel diſperſere. Caput tamen ſive cranium D. Bonaventuræ ſervatum eſt opera pii Religioſi ejusdem ordinis, quem & Hæretici miris cruciatibus affecerunt, ut ejus Eccleſiæ theſauros, hoc eſt, vaſa ſacra promeret, id quod conſtanter tacuit. Hiſce rebus cum eodem tempore Lugduni interfuerim, nolui rem celatam, ut & quoddam martyrii genus in Bonaventuræ corpore tanto poſt tempore fuiſſe intelligatur. *Poſſevinus* in Apparat. S. p. 232. ſeq.

Wann aber die Papiſten vorgedachte Worte: **Es ſcheinet/ daß Adam in dieſem Bruder nicht geſündiget habe**/ ad nauſeam usque allegiren/ ſo erkennen wir eine entſetzliche Hyperbolen daraus. Sonſt mag es wahr ſeyn/ daß Adam in dem Bonaventura nicht geſündigt habe/ weilen Adam niemals in dem Bonaventura geweſen/ ob aber Bonaventura nicht in Adam geſündigt? iſt eine andre Frage/ die niemand läugnen wird/ als der den Geiſt der Wahrheit wolte Lügen ſtraffen. Vid. M. **Lomers** Abfertigung zweyer Jeſuiten p. 20.

Bonaventuram Sixtus V. Eccleſiæ Doctorem pronunciavit, & B. Hieronymo, Auguſtino, Ambroſio, Gregorio *quintum* adjunxit. *Lanſius* in Conſult. p. 705. Ein mehres von ihm finden wir in *Bellarm.* de Script. Eccl. pag. 255. *Phil. Labbe* de Script. Eccl. Tom. I. p. 207. Natal. Alexandri Hiſtor. Ecc. p. 556. qui varia de eodem adduxit elogia. *Wolffii* Lect. Memorab. Tom. I. pag. 542.

D. Ger-

D. Gerhardi Patrol. pag. 608. *D. Olearii* Abac. pag. 89.

Aus Hendreichs l. c. pag. 641. sind mir eines andern Bonaventuræ Ponderationes in Psalmos Vol. III. fol. Lugd. 1673. bekandt worden / welche mir aber nie zu Gesichte kommen.

Mabillon führet zwar in seinem gelehrten Wercke de studiis Monasticis pag. 821. JAC. BENIGNI BOSSUET librum Psalmorum duplicis versionis, vulgatæ S. Hieronym. additis Canticis in 8. Paris 1691. an / aber aus dieser Beschreibung erhellet gleich / daß diese Arbeit unter die Commentaria nicht zu rechnen sey. *Lipenius* allegiret BARTHOL. BOTTAM, Præpositum, S. Pantaleonis, Papiensem. Nach Hendreichs Anzeige l. c. pag. 677. ist von ihm verfertiget worden *Davidius* alias *Psalmodia* Papiæ 1575. in 4. Sunt Psalmi Davidis carmine Hexametro & Pentametro ac commentario explicati Veneti 1581. in fol. editi & Ticini eodem anno. Dieses Werck habe auch nicht gesehen. Ingleichen LAURENTII BRANCOFORDII, Placentini Ord. Præd. Collationes sanctorum in Psalterium. Floruit Anno. 1422. Hendreich l. c. pag. 703. *Possevin.* l. c. P. II. p. 10.

Von JACOB BRANDMÜLLERS Analysi typica ist eben dieses über die Psalmen zu melden / was wir bey dem Hiob P. II. pag. 78. seq. erinnert haben / es ist aber daselbst der locus paginæ 654. bey Molleri homonymoscop. ausgelassen worden / welches hiemit ersetzen wollen.

GABRIEL BREBIA, Mediolanensis, monachus

chus congregationis S. Justinæ de Padua, scripsit ad Gregorium Mediolanensem monachum S. Petri in Gessate commentariolum, seu potius epitomen annotationum, quas juxta literam ex Hieronymo & Lyrano collegit, adjectis ad calcem cujusque psalmi piis ad Deum precationibus, sententiæ & scopo singulorum psalmorum, quibus proponuntur, accomodatis. Claruit anno 1490. *Sixtus Senensis* Bibl. S. Lib. IV. p. 232. *Possevinus* loc. cit. p. 610. *Hendreich.* l. c. p. 714.

MATTHIAS BREDENBACHIUS, aliis Breitenbachius, Kerspensis (qui vicus est Comitatus Montensis, Diœcesis Coloniensis,) Scholæ Embricensis in Clivia Gymnasiarcha, scripsit librum de dissidiis Ecclesiæ componendis, ejusdemque libri *Apologiam*, quod quibusdam visus esset acerbius in *Mart. Lutherum* scripsisse in libro de dissidiis Ecclesiæ. Col. 1557. Antverp. 1558. 1570. 1576. 8. Hyperaspisten pro libro de dissidiis Ecclesiæ contra *H. Pileum*. Colon. 1560. Hyperaspisten pro vera componendorum dissidiorum in Ecclesia ratione adversus *Jac. Andream*, qui librum suum inscripserat Hyperaspisten τῶν περιλεγομένων *Joh. Brentii* Colon. 1568 4. Epistolas duas de negotio religionis ibid. 1564. 1567. Commentarium in Psalmos LXIX. priores &c. Colon. 1560. Commentarium in Evangelium Matthæi, ibid. 1560. 1567. fol. Monodiam heroicam in obitum Archi-Episcopi Treverensis, & Elegias in obitum Georgii à Petra, Decani Confluentini Ibid. 1567. 8. Scholia in Fenestellam de Sacerdotiis & Magistratibus

Rom. ibid. 1539. 8. Antverp. Colon. 1557. obiit Embricæ an. Dom. M. DLIX. ætat. LXX. menſe Junio. *Hendreich.* l. c. p. 716. *Valer. Andr.* in Biblioth. Belg. pag. 659. (edit. Lovan. 1643. in 4.) meldet: quod doctiſſimè & ſtylo eleganti ſcripſerit. *Poſſevinus* l. c. P. II. p. 93. gedencket zwar ſeiner und etlicher Schrifften / aber des Commentarii in Pſalmos mit keinem Worte. *Sixtus Senenſis* hingegē l. c. p. 274. (der ihn aber unrecht Matthæum nennet) lobet ſeine Arbeit über die Pſalmen pulchra commentaria partim ex vetuſtis, partim ex recentioribus autoribus collecta.

In dem dritten Tomo Opp. D. JOH. BRENTII Præpoſiti Stutgardiani (Edit. Tübing. 1578. in fol.) ſind enthalten Lucubrationes & cygnæa cantio in Pſalmos centum & ſex. In reliquos quadraginta quatuor Pſalmos Davidicos explicationes *Theodorici Snepfii*, D. Acceſſit Index rerum & verborum memorabilium copioſiſſimus.

In Pſalmos XL. priores 1565. Tubingæ Pſalmorum Decades quindecim cum explicatione D. Brentii & Snepfii ſeorſim excuſa in 4. A. 1565. operum Tom. III. Separatim 1566. 1567. 1568. 1569. 1571. In Pſalmum 94. Deus ultionum & 130. De profundis Baſil. & Halæ Saxon. 1550. Hendreich l. c. p. 724.

Weil alſo der ſeel. *Brentius* über dieſer Arbeit eingegangen in ſeines HErrn Freude / (Conf. *M. Fiſchlini* Memor. Theol. Wirtemb. P. III. pag. 84.) ſo hat ſelbige D. Theod. Snepfius continuiret und ediret / wie er ſelber in Epiſt. Dedic.

Opp.

Opp. Brent. Tom. III. meldet: In hos Prophetæ Davidis Psalmos, cum exacta propè ætate *D. Brentius*, socer meus charissimus, scribere constituisset, & eorum interpretationem luculentam sanè, & quasi κύκνειον ἆσμα, ad Psalmum centesimum septimum deduxisset, rebus est exemptus humanis; ego autem, suadentibus, imò verò urgentibus amicis, reliquos qualicunque expositione pro mea tenuitate absolvi.

Was aber den seel. D. Brentium dazu angetrieben / wollen wir aus seinen eigenen Worten l. c. pag. 192. seq. vernehmen: Visum est, hanc brevem Psalterii explicationem in lucem dare, non quod in aliorum vel veterum, vel recentiorum interpretum reprehensionem nova cudamus, & sentiamus, pias aliorum insignium virorum cogitationes, quibus Psalterium, in Ecclesia filii Dei, singulari industria exponere conati sunt, damnandas & rejiciendas, sed quod hujus nostri instituti longè aliam habeamus occasionem, quam fortassis aliis hactenus exhibita fuit. Quod dum commemoravero, pius Lector, quæso, æquum se & benevolum præbeat. In Ducatu Wirtenbergensi, præter multa præclara decora & ornamenta, quibus eum Deus, pro summa sua clementia, præ multis aliis Germaniæ regionibus insignivit, illud inter præcipua meritò numerandum est, quod jam indè à septingentis annis excitata fuerint in eo illustria & frequentia κοινόβια, quæ Monasteria vocant. Non mihi jam sermo est de Mendicantium, ut vocarunt, conventi-

bus, de ſylveſtrium fraterculorum, quos Hieronymus vocat Remoboth mandris, de nobilium & ingenuarum puellarum ſeptis, & de Monialium, quas dixerunt Beguttas, luſtris, quæ ubique in ſingulis ferè ſaltibus, oppidis, & pagis obvia fuerunt; ſed de illis loquor Monaſteriis, quæ & pietatis ſpecie & opum affluentia & dignitatis excellentia præſtabant. Etſi autem non eſt obſcurum, quod Majores in iis inſtituendis delectu, ut illa erant tempora, errarint, tamen affectus eorum non eſt temerè damnandus. Et extant certa adhuc veſtigia, quibus haud obſcurè notatur, fuiſſe ibi á prima ſua origine magna piæ doctrinæ ſtudia. Certè exercitium ſacrarum literarum fuit aſſiduum: ac ſi quis recens in contubernia illa receptus eſſet, neceſſe habuit primo anno, quem vocarunt, probationis, univerſum Pſalterium Davidis memoriter ediſcere: non hoc tantùm conſilio, ut privatas ſuas preculas expeditius abſolverent; ſed ut acceſſuri ad docendam Eccleſiam, (ex hoc enim choro Eccleſiarum paſtores petebantur) haberent in Pſalterio totius Propheticæ & Apoſtolicæ Scripturæ epitomen. Nec dubito, quin eodem conſilio Leo Pontifex, (quo tempore Romanus Epiſcopatus nondum erat cathedra peſtilentiæ) nulli manum impoſuerit, qui eſſet Pſalterii ignarus. Hoc autem inſtitutum etſi videtur initio Eccleſiis eorum temporum non inutile, tamen in quantam ſuperſtitionem, imò impietatem, ſub regno Pontificio degeneraverit, notius eſt, quam ut me hoc loco oporteat, & triſtius, quam ut libeat commemorare. Quare, cum

Illu-

Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, D. Chriſtophorus, Dux Wirtenbergenſis ac Theccenſis, &c. Dominus meus Clementiſſimus, adiret avitam & paternam ſuam hæreditatem, ac ſuſciperet gubernacula ejus, primam omnium curam, pro pii Principis officio, in eo collocavit, non ſolum, ut Eccleſiæ in præſentia haberent Paſtores, qui ipſas in verè piâ doctrina erudirent, verum etiam, ut eſſet ſeminarium, quo poſteritati conſuleretur. Itaque ordinavit, ut in ſingulis Monaſteriis, (quæ vulgò Abbatiæ aut Prælaturæ vocabantur) ſingulæ inſtituerentur Scholæ, in quibus adoleſcentes bonæ ſpei in bonis ſacris literis diſcendis, ad functionem Eccleſiaſtici Miniſterii, à teneris, ut ajunt, unguibus, præpararentur, id eſt, ut Monaſteria illa ad verum & legitimum uſum, quoad ejus fieri poſſet, & deberet, revocarentur. Et quia plurimum refert, quibus magiſtris, & ut Epiſtola ad Hebræos vocat ἡγȣμένοις ſeu, ut hactenus dicti ſunt, Abbatibus, hoc eſt, Patribus, adoleſcentia, præſertim ad Eccleſiam acceſſura, ab ineunte ætate utatur, diligenter curat Illuſtriſſ. Princeps, ut iis viri ætate venerabiles, authoritate graves, eruditione excellentes, & pietate inſignes præficiantur, qui ita præſint, ut quantum humanitus provideri poteſt, adoleſcentibus nihil deſit, quod vel ad vitæ alimenta, vel ad inſtitutionem honeſtorum morum, vel ad eruditionem piæ doctrinæ neceſſarium videatur. Ac ut hoc inſtitutum inviolatum conſervaretur, & progrederetur, curavit etiam Celſitudo ejus, ut in iis

Scholis annuæ fierent ſtudiorum inſpectiones, quibus non ſolum profectus adoleſcentum exploraretur & cognoſceretur, verum etiam adoleſcentes intelligerent, quantæ curæ ſtudia ipſorum Illuſtriſſimo Principi, atque adeò Eccleſiæ ipſi eſſent, quo officio ad afferendam meliorem frugem excitarentur. Nec vanum fuit conſilium, quippe quòd hiſce etiam temporibus aliquot in illis Scholis educati Eccleſiam, divino beneficio, utiliter adminiſtrant. Cum igitur ego unà cum reverendo & clariſſimo viro D. Doctore *Jacobo Andreæ*, Præpoſito Eccleſiæ, & Cancellario Scholæ Tubingenſis, collega in Chriſto amiciſſimo, ad hanc inſpectionem, authoritate & mandato Illuſtriſſ. Principis vocarer, ſuſcepi in ſingulis illis Monaſticis Scholis ſingulos Pſalmos, pro mea tenuitate, explicandos, quibus novum hoc inſtitutum quaſi conſecrarem, & Eccleſiæ congratularer, ac cœleſtem opem implorarem, ut, quod Illuſtriſſ. Principi, optimo conſilio, & officio, Chriſto ipſi filio Dei, gratiſſimo, inſtituere viſum eſt, hoc divina clementia ad poſteritatem ſacro ſanctum, & inviolatum transmitteretur, & conſervaretur— —Nullum poteſt encomium de Pſalmorum ſeu recitatione ſeu meditatione illuſtrius dici quàm quod ſint organa, quibus impleamur cœleſti ſpiritu, non quia recitentur, aut cogitentur, ſed quia rectè intelligantur. Quare, ut ediſcantur, & commemorentur, (quod in his monaſticis Scholis ab adoleſcentibus tam ex veteri, quam ex novo inſtituto exigitur) utiliter percurri eos brevi & aperta explicatione.

Chri-

Christoph Lauterbach (unter welchem Nahmen D. Schwertner Superint. zu Pirna verborgen ist) in seiner Schrifft wider M. Gerbers unerkannte Sünden p. 153. ziehet D. Brentii Erklärung der Psalmen des *Cocceji* Commentario weit vor / weil er wol nichts vergessen / was darinnen von Christo handelt. Künfftig wollen wir seiner von Herrn Carolo geretteten Unschuld in versprochener continuation ingedenck seyn / weil uns dieser wehrte Mann noch sehr öffters vorkommen wird.

BRUNONIS Astensis, Episcopi Signiensis expositio in Psalterium ist zu finden Tom. I. Opp. Edit. Venet. in fol. *Possevinus* l. c. p. 241. P. I. gibt uns folgende Nachricht von ihm: *Bruno* sive *Brunus* Lygur, ex Illustri Astensium sanguine, & vir sanctus, Episcopus primo Signinus, deinde abdicato Episcopatu, Monachus Cassinensis, postea ab Othonis 44. Abbatis obitu omnium Fratrum concordi voluntate Abbas 45. Anno 1107. Idibus Novembris electus, præfuit annis tribus, mensibus decem, quibus elapsis, à Paschali Papa XXII. coactus, anno quarto Idibus Septembris Abbatia relicta, ad Episcopatum suum reversus est, quem sanctè administrans migravit ad Dominum, pridie Kalend. Septembris.

BRUNO HERBIPOLENSIS in Germania Orientalis Franciæ Episcopus, idemque Germanus, quem *Eisengreni* vocat Ducem Carnorum, & Comitem Artemburgensem Patruelis Conradi II. Imperatoris, sanctitate & eruditione celebris, collegit (ut inquit *Sixtus Senensis*) ex Orthodoxorum Patrum explanatio-

nationibus ſtrictum & elegantem in omnes Pſalmos Commentarium, cujus initium eſt: *Nova non vidimus, ſed vetera renovamus.* Moritur Henrico II. Imperatore, an. Dn. 1045. ut habet Tritemius. Quin Brunonis huius Commentarii breves, in Canticum Moyſis, Annæ, Davidis, Iſaiæ, Ezechiæ, Abacuch, ex Teſtamento Veteri. Item ex Novo Teſtamento in Orationes Zachariæ, B. Mariæ, Simeonis & in orationem Dominicam, in Symbola Apoſtolorum, Ambroſii, Athanaſii, Annotationes excuſæ ſunt cum ejus Pſalterio ab Antonio Koburger, anno 1494. vide Hendreich l. c. p. 760. *Poſſevin.* l. c. Es muß bey dem Manne was ſonderliches geweſen ſeyn/ weil Tritemius de V. I. G. p. m. 130. von ihm ſchreibet/ eum comportaſſe ex dictis antiquorum Patrum non ſpernendum opus ſuper toto Pſalterio, *Textumque* ex multis antea vitiatum mirabili ſcientia correxiſſe. Gewiß das iſt eine Sache/ die eines grőſſern Nachdenckens wohl würdig iſt. Vid. *Reimmans* Einleitung in Hiſt. lit. Germ. pag. 199. Es ſind zwar dieſe annotationes auch dem Tom. XI. Bibl. Patr. Colon. 1618. p. 59. von Joh. Cochleo mit einverleibet worden/ (in recentiori T. XVIII. pag. 65. zu Leipzig hat man es gleichfalls à part. A. 1533. in 4. gedruckt) weil ich aber die jetztgemeldte ſehr alte Edition ſelber beſitze/ als wil nur daraus die lemmata procemialia communiciren: (1) Corrigendi emendandique Pſalterii prologus B. *Brunonis*, brevis commendatio, & quod proficue legendum ſit iſtud pſalterium inſtitutio & cohor-

cohortatatio, allwo gemeldet wird / daß er viel Wunder gethan / diese Notas mit grossen Kosten abschreiben und den Seinen zum Andencken lassen wollen. Er hat sie dem H. Kilian mit diesen Worten dediciret:

Sit collega tuæ ſortis pater ô Kiliane,
Antiſtes dono qui te veneratur in iſto.

Magna igitur, fährt der Vorredner fort / laude dignus, magna gratiarum actione proſequendus. Magno denique extollendus preconio eſt beatiſſimus iſte pater noſter Bruno, cujus vigili cura & ſolicita providentia egregium iſtud Pſalterium titulis Pſalmorum, ac eorundem thematibus & ſummariis collectum dyapſalmatibus, obelis, aſteriſcisque inſignitum, atque gloſſellis autenticis marginum campis circumfuſis, ſicut cernitur, diſertum expoſitumque & nobis comparatum & relictum eſt. Hernach macht er nach Art der damaligen Zeiten ein langes Gebet an den verstorbenen Brunonem, daß dieses hinterlassene Werck viel Nutzen schaffen möge. (2) In Sacra Scriptura grammaticorum regulæ non ſemper & ubique ſunt obſervandæ. (3) Quemadmodum Sacra Scriptura ſit grammaticaliter emendanda. (3) Pſalteria propter diverſitatem temporum ſolam in verbis repertam non ſunt emendanda, (4) nec propter diverſam punctorum poſitionem. (5) Iſtud Pſalterium propter diverſitatem punctorum & dictionum ſolam non ſit ad formam aliorum emendandum, nec aliorum ad illud, (6) quorum ſint gloſſæ hic poſitæ & quid literæ rubeæ ſignificent.

Endlich schliest er mit den dyapsalmatibus, autore, institutione, cantoribus, numero, titulisque Psalmorum und etlichen Gebetern / ehe man die Psalmen anfängt. Ob nun der Editor noch soviel Rühmens von diesen Notis macht / so könte doch gegen die itzige adminicula nichts elenders concipirt werden. Und dennoch schreibt Sixtus Senens. l. c. p. 218. Collegit ex orthodoxorum patrum explanationibus strictum & elegantem in omnes Psalmos commentarium. Welche Worte Possevinus vorhin aus Sixto entlehnet / seiner aber / nach bekannter Gewohnheit / mit keinem Worte erwehnet.

Carinthiæ Ducis, Brunonis, mentionem facit *Sebastianus Münsterus Libro III. Cosmographiæ*, ubi in literas retulit, eum Psalmos Davidis tanti æstimasse, ut hos suis commentationibus & notis illustraret. Conf. M. *J. C. Læscheri* Observ. select. fasc. I. pag. 3. seq. Cave Hist. lit. p. 420.

BRUNO, natione Germanus, domo Coloniensis, parentibus non obscuris natus, factus primò Canonicus Remensis, & Scholarum magister, inde anno 1086. in Carthusiæ eremum secessit, ibique Ordinem Carthusianorum Monachorum primus instituit, ac instituto præfuit. Quæ referunt Scriptores quam plurimi de celebri quodam Doctore Parisiensi, doctrina & vitæ probitate dudum claro, qui dum cadaver in feretro jaceret, è mortuis reviviscens, & in loculo residens prima vice se justo Dei judicio accusatum, sequenti die se judicatum, tertia verò se justo Dei judicio damnatum esse clamaret, deque Brunone, qui una

cum

cum aliis aderat, hac occasione tertio in eremum fugiente, putidam omninò olent fabulam, tametsi olim in Breviario Romano locum habuerint. Et totam certè hujus fabulæ scenam erudite & candide, uti solet omnia, plenis testimoniorum & rationum momentis singulari libello refutavit Cl. *Launojus* Dissert. *de vera causa secessus S. Brunonis in Eremum.* Verum ad Brunonem nostrum redeamus. Exacto in hoc munere sexennio, ab Urbano II. Papâ, qui eô olim præceptore usus fuerat, anno 1092. Romam evocatus est; ut in negotiis Ecclesiasticis ipsi à consiliis esset. Verum turbarum, morumque aulicorum brevi pertæsus, anno 1095. relictâ curiâ Romanâ, & repudiato Archiepiscopatu Rhegiensi, quem ei Urbanus obtulerat, in Calabriæ eremum se contulit, ubi, cum Monachorum sodalitio per aliquot annos præfuisset, tandem ex hâc vitâ decessit anno 1101. die VI. Octobr. post mortem inter Sanctos relatus. *Cave* l. c. p. 435. seq.

Operum ejus editiones has mihi notare contigit. Parisiensis Ascensiana Anni 1509. Venet. 1524 in Fol. Coloniensis An. 1611. quam ediderunt *Theodor. Petraus* Campensis Carthusiæ Coloniensis Monachus, & *Bernh. Gualterus*, Tomis tribus distincta. Hendr. l. c. pag. 759. In dem ersten Tomo ist sein Leben weitläufftig beschrieben / dabey wir aber den vorangeführten Launojum mit zu Rathe ziehen müssen / welcher Ao. 1670. in 8. zu Straßburg unter diesem Titul wieder aufgelegt worden: Defensa Correctio Romani Breviarii circa Histo-

Historiam Sancti Brunonis, seu, Dissertatio de vera Causa Secessus S. Brunonis in Eremum Auctore *Joanne de Launoy*, Constantiensi, Theologo Parisiensi, Jussu Auctoris in Germania typis mandata à Joanne Alberto Portnero Reip. Ratisbon. Camerario & S. C. Maj. Consiliario. *Tenzelius* in seinen Monathl. Unterred. Anno 1691. pag. 210. schreibt / daß Launojus damit aller Gelehrten / so wol unter den Protestirenden als Päpstischen / Beyfall verdienet. Der Jesuit Papeproch wünschet zwar / die relation von dem Carthеuser Brunone, welcher wegen des im Sarge sich aufrichtenden und GOttes Gerichte beklagenden Doctors zu Pariß in die Wüste gegangen / möchte wahr seyn / und Launojus, der sie zur Fabel gemacht / nachdrücklich refutiret werden; doch gestehet er / daß die bißher producirten Documenta nicht genug seyn. Conf. ejusd. *Tenzelii* l. c. A. 1698. p. 284. seq. Arnolds Kirchen- und Ketzer-Historie P. I. L. XI. p. 337. seq. & ibidem citatos Autores. D. *Hildebrandi* veteris Eccl. Art. moriend. p. 136. &c. So ist auch in gedachtem ersten Tomo der Schrifft Brunonis seine Erklärung der Psalmen zu finden / welche auch Ao. 1494. à part gedrucket worden. *Sixtus Senens.* L. IV. pag. 217. Bibl. S. gibt ihm das Zeugnüß: Multos non contemnendæ expositionis libros reliquit, præcipuè verò pios ac breves in psalterium commentarios, nudo simplicique sermone conscriptos, quorum tale habetur exordium: *Psalterium est quoddam musicum instrumentum.* Conf. *Petreji* Biblioth. Carthus. p. 29. seq.

MAR-

MARTINUS BUCERUS hat gleichfalls einen Commentarium über den Psalmen unter *Aretii Felini* Nahmen Ao. 1529. zu Straßburg geschrieben / davon uns *Placcius* in Theatr. Pseudonym. p. 74. diese Erläuterung giebt: *Aretii Felini* nomen præfixum gerunt *Commentarii in Psalmos* editi Argentorati ann. 1529. in 4to. Istos esse *Martini Buceri* notat *Schultingius* Biblioth. orthod. & Cathol. contra Calvinum & Martyrem Tom. I. pag. 20. itemque *Colomesius* Melanges Historiques pag. 50. *Korthold* de variis Scripturæ Editionibus pag. 281. Quibus addit adstipulantem Symbola Flensburgo-Molleriana, *Indicem librorum Prohibitorum* & expurgandorum. pag. 28. Tenzeliana etiam *Reinesium*, *Bangium*, *Crovvæum*, & inprimis *Hottingerum*, qui Histor. Eccles. Sec. XVI. Part. IV. pag. 232. hoc doceat ex ipsa Buceri ad Zwinglium Epistola iis verbis: *Aretii Felini, quod meum nomen & cognomen est*; sed illud Græcè, hoc latinè: librum nisi consilium mutavero, faciam &c. Joh. Sturmius Anti-Pappi quarti part. I. p. 11. Bucerus *in Psalmis explicandis versabatur, neque quisquam omnium est, qui plura tum scripserat, quam* Bucerus. *Capita quædam in lucem ediderat, non tam suo judicio, quàm amicorum studio divulgata. Habebat autem tum* Bucerus *commentarios Psalmorum: quos* Aretii Felini *nomine inscripsit: Opus valde vendibile: etiam Cardinalibus & Episcopis laudatum: dum verus autor ignorabatur.* Addit *Joh. Simlerum* in vita Petri Martyris, ejus Comment. in Genes. præmissa lit. a. 4. col. 2. post princ. *Symbola Ma-*

strich-

ſtrichtiana. Conf. *D. Fabritii* Pf. in Theatr. Placcii. *Cochlæi* Diſſ. de novis ex Ebræo transl. *D. Bangii* Cœlum Orient. p. 150. *Petri Dahlmanns* Schau-Platz der Maſquirten Gelehrten p. 102.

Obiter moneo, binas ex his literas *Bucerum*, attributo ſibi *Aretii Felini* nomine, conſignaviſſe, quod à principio libellis etiam noñullis præfixerat, quarum vocum altera *Martini*, a Marte, qui Græcis Ἄρης dicti, altera *Buceri* appellationi reſpondet. Ex quo liquet, Buceri nomen, non ut ab aliis iſta ætate factum, ex Græcia petitum eſſe, neque ad Lucretii *bucera ſecla ferarum* pertinere, ſed Germanicam ſervare originem: vel à comendo & lævigando, quod feles lingua faciunt, unde *Felini* appellatio, vel ab emungendo ductam; quo Melanchthon reſpexit, ſuam, *Martini Buceri*, & Joh. Piſtorii operam adverſus Joh. Eccium, Joh. Gropperum, JuliumquePflugium, Pontificiarum partium defenſores, Ratisbonæ anno MDXLI. in publico colloquio navatam, hoc ſive epigrammate, ſive ænigmate deſcribens:

Angulus & Foſſor jungentes fœdera Aratro
Vincula quum tendunt impoſuiſſe Jovi:
Luminis emunctor, Piſtorque, & amator equorum
Tum tendunt vinclis eripuiſſe Jovem.
Liber enim quum ſit, non fert bene Jupiter ulla,
Quæ ſunt humana vincula facta manu.

Retulit id *Hilbrandus Grathuſius* in librum ſecundum Epigrammatum Philippi Melanchthonis. Factum hinc eſt, ut nomen hoc proprium, tanquam in Latio peregrinum, ſecunda ſyllaba producta

ducta ponerent omnes Poëtæ, & Angli, & Germani, quorum plurima in obitum Buceri carmina scriptis ejus Anglicanis adjuncta sunt atque ita ab antiqua *Bulleri* voce luculenter, distinguerent; in versibus item Græcis non Βούκερον sed βούκηρον scriberet. *Albert. Menno. Verpoortens* Comment. de Martino Bucero p. 115. seq.

Martinum Bucerum non optimum scriptorem fuisse, constat è vita *Wolffgangi Musculi* Dusani, ab *Abrahamo Musculo* ejus filio scripta. Patris συνόψει Festalium concionum Basileæ MDXCV. in 8to. editæ præmissa, in qua hæc habentur, p. m. 19. „Receperat Wolffg. Musculum in domum suam „Martinus Bucerus, victumque ei dabat, ut reli„quis diebus ejus opera uteretur in describendis, „quæ prælo typographico submittebat. Adeò „enim malè pingebat Bucerus, ut quæ scriberet, „à Typographis, imò ipso etiam sæpe Bucero, dif„ficillimè legerentur: ipse verò ea legebat expedi„tissime, & pingebat optimè. Descripsit itaque ei „cum alia plura, tum verò potissimum explicatio„nem *Zephaniæ* prophetæ, quæ exstat, in cujus fron„te ejus leguntur carmina, & Psalterium illud „totum, quod sub *Aretii Felini* nomine in lucem „edidit. Cl. *Crenius* P. VIII. Animadv. p. 176.

Jac. le Long in Bibl. S. pag. 721. Psalmorum libri V. ad Hebraicam veritatem planius quàm vulgò, genuina versione in Latinum traducti ab *Aretio Felino* h. e. Martino Bucero, in fol. Argent. 1526. Aliæ editiones V. ejusdem Buceri Comment. in Psalmos 1529. 1532. 1542. 1547. 1554. 1560. 1564. 1603.

Pe-

Petrus Martyr nactus Buceri Commentaria diligenter evolvit. *Simler.* in Vita Petr. Martyris.

Bucerus duplicem singulorum psalmorum exhibet interpretationem, unam liberiorem ac paraphrasticam, alteram strictiorem & ad verbum. *Arn. Bootius* in indice autorum, quos citat in animadvers. sacris.

Man mag fast so viel Biographos aufschlagen als man wil / so werden sie einhellig behaupten / Bucerus sey von Schlettstadt aus dem Elsaß bürtig gewesen. Es hat mich aber / schreibt der seelige Herr Difenbach in dem kurtz vor seinem Tode verfertigten Judæo Converso p. 306. Herr Schilter erinnert / daß aus dem Straßburger Stadt-Archiv zu erweisen / Bucerus sey ein gebohrner Straßburger gewesen / und habe sein Vater / Niclas Butzer / als Bürger zu Straßburg Ao. 1523. annoch gelebet / da sein Sohn / Martinus Butzer / dahin gekommen / und einen Lehrer des Evangelii alldorten abgegeben. Darauf hat wohlbesagter hochgelährte Mann mir des *Buceri* Entschuldigungs-Schrifft an den Magistrat zu Straßburg von Ao. 1523. aus dem in dasigen Stadt-*Archiv* befindlichen Original sauber abgeschrieben zugeschicket / darinn habe ich gefunden / daß Bucerus etlichmal ausdrücklich meldet: Straßburg sey sein Vaterland / und er sey ein Burgers Sohn daselbsten / folglich ist bey mir kein Zweiffel mehr in dieser Sache.

Natus anno 1491. Ordinem Dominicanorum, in quo vixerat annos 15. *Evangeli* doctrinam amplexus,

plexus, reliquit anno 1521. cum *Petro Martyre, Pauloque Fagio*, Argentorati, ubi docuerat, & Ao. 1531. Præsidis titulo honoratus ab *Edvvardo* Sexto invitatus, in *Angliam* pervenit, anno 1549. ut ibi doctrinæ suæ sementem faceret, *Cantabrigiæ* Professor: ubi obiit anno 1551. ætatis 61. Ejus *Ossa Mariâ* sæviente effossa & cremata, anno 1555. una cum *Fagii* ossibus. Sed ambo, sub *Elizabethâ*, ao. 1560. publicis laudibus ornati, honoribusque suis restituti sunt -- Ingenio & eruditione inclytus: *Hebraeæ* Linguæ apprimè peritus fuit. *Hofmann* in Lexico sub nomine Buceri. Adde *Thom. Pope-blount* in Censs. Aut. pag. 405. *Nova Lit. Germaniæ* A. 1708. pag. 244.

Les Commentaires *de* Bucer *sur les* Pseaumes *ayant paru sous le nom d'* Aretius Felinus, *furent fort estimez & recherchés à* Rome *par plusieurs Evêques, &* Cardinaux. *Mais dés qu'on eut appris, que* Bucer *estoit l'Auteur de cet ourage; ils le firent supprimer, & le decrirent comme un meschant livre Mr.* Antoin Teissier *en les* Elog. *des hom. Sçav.*

Cuncta *Buceri Latina* & *Germanica* Scripta in unum si conjungerentur, quod tanti viri pietas & eruditio merebatur, efficerent Tomos IX. justæ magnitudinis. *Hendreich.* l. c. p. 773.

Unter denselben befinden sich allerhand meditationes in Psalmos, e g. Psalmi Davidis ad Ebraicam veritatem in Latinum translati, primum appensis sententiis, deinde adnumeratis verbis & argumentis adjectis, addidit & explicationem, quæ propter scopum & ordinem dictorum singulas

propè voces explicant. Tractavit etiam aliquot Locos Comm. ex fonte S. Scr. adhibita autoritate Patrum Argent. 1532. & seq. Parif. 1553. Item ad Bugenhagium satisfactio pro versione Psalterii Ao. 1527. Psalerium cum annot. Bugenhagii in Germanicam linguam translatum A. 1524. Eadem translatio paucis mutatis omisso Buceri nomine Norimb. 1564.

Von dieser Arbeit wollen wir aus der Vorrede (Edit. Basil. 1526. in fol.) seine eigene Worte hören/ wie sie nach selbiger teutschen Mund-Art lauten: In diesem ist mein Arbeit gewesen/ daß ich/ was Pomeranus zu Verklårung der Psalmen/ wie sie dazumahl in das Latein verdolmetschet waren/ geschrieben hat/ auf den verteutschten Psalter/ den wir nun durch D. Martin Luther viel klårer und verståndlicher haben/ dann kein andere Sprach/ geordnet hab. Darum sich niemand verwundern soll/ ob ers nicht alles hie findet in Teutschen/ wie ers im Latein lieset. Erstlich hat Joannes Pomeranus selb viel geåndert und bessert/ wie er mir des ein Exemplar, mit seiner Hand corrigirt und bessert/ zugeschickt hat. Indem hat er mir Gewalt geben/ zu ordnen / zu und vom zuthun / auch zu åndern/ nach dem ichs den Layen nůtzlich achten möcht/ deßhalb er mir zugeschrieben hat unter andern mit diesen Worten/ dieselbigen aus dem Latein zuverteutschen. Verdolmetsche diesen meinen Psalter auf das freyest/ åndre/ thu zu/ thu von/ richts in ein andere Ordnung/ setze etlichs an sein Ort / lege etlichs klårer aus/ oder auch anders/ daß er also nicht weniger

niger dein / dann mein Psalter sey. Hierinn solle dir durch mich alles gebühren / daß du hoffen magst unseren Teutschen nützlich werden / daß nun auch die Ungelehrten und Kinder / etwas vom Psalter verstanden / welches vor der Zeit den gelehrtisten Doctoren gefehlet hat / fahr fürt / der HErr sey mit dir Amen. Diß sind die Wort unsers Auslegers / Jo. Pomerani, die er mir mit seiner Hand zugeschrieben hat / deren ich mich also gehalten hab / daß ich nichts ausgelassen / daß er im Latein / zu rechten natürlichen Verstand der Psalmen dienstlich geschrieben hat / ob ichs wol in andere Ordnung gericht habe / wie es dem Layen / als ich hoff / soll zu verstehen am bequemlichsten seyn. In welchem du mich mit dem Lesen also wollest halten. Es ist gar viel kräfftiger / was du selbst von den Worten des Geists fassest / wer weiß auch / was dir GOtt wölle offenbahren? Weder Pomeranus, noch jemand anders / hat es alles gesehen. Alles auslegen / und menschlich schreiben / soll nur ein Einführung seyn zu den Worten des Geists / und in die Schrifft selbst. Welche so sie nur recht verdolmetschet / und die Art der Sprach / sammt den angezogenen Historien / bekandt wäre von einem jeden Christen / der ein Ort gegen dem andern fleissig haben wollte / wol und leicht möchte verstanden werden / so viel einem jeden zur Seeligkeit mag nutz seyn. Seytenmal aber die Sprach uns frembd / und die Historien unbewust sind / so wiel nutz und noth seyn / daß die / so GOtt zu solchem begnadet hat / durch verdolmetschen / verklären / und ein Ort gegen den andern ver-

gleichen / ihren Brüdern dienen / wie unser Pomeranus hie / sammt dem Luther / sonders Fleisses und Geschicklichkeit gethan haben. Allein gebrauch ihres Dienstes / wie sie es begehren / daß du der Schrifft selbst gewohnest. Dann wirst du auch erkennen den treuen Dienst unsers Auslegers Pomerani, auch dir mein Arbeit so viel gefallen lassen / daß du GOtt ohn zweiffel wirst für mich bitten / daß er sich mir mehr und mehr zu erkennen gebe / anderen Danck begehre ich nicht von dir / wie ohn zweiffel auch Pomeranus. Das Gemüth und Hertze gegen dir und der Wahrheit / wirst du aus seiner Vorred / und in gantzen Buch wol vermercken. Und ist nicht noth ihn hie hoch zu rühmen / den grössere Leuth ja seine eigen Werck gerühmt haben / und rühmen.

Was wunder also / wenn man noch heute glaubt / daß er sich durch so viele Arbeit das Leben verkürtzet / wie *Gottfr. Böttnerus* disp. I. de eruditis studiorum intemperie mortem sibi accelerantibus cap. I. §. 13. nicht ohne Ursach vermuthet. Dicit de eo *Petrus Martyr: Ego noctu nunquam à somno excitatus fui, quin eum vigilantem animadverterem. Tum studiis comparabat se ad ea, quæ dicturus erat interdiu.* Inde etiam evenit, ut cum 1551. sexagenario major discederet, nihilominus vitam abbreviasse crederetur. Fidem hac de re facit *Nicolaus Carrus (Novocastrensis Anglus in epistola de obitu M. Buceri ad Joannem Checum Eduardi VI. in bonis literis Institutorem ap. Guilielmum Batesium in vitis selectorum aliquot virorum Lond. 1681. ed. pag. 236. seq.)* qui

ipsum

ipſum toto corpore oppreſſum aliquot menſes jacuiſſe commemorat, cum interea nullum prope tempus paſſus ſit ſibi vacuum eſſe à ſtudiis, ſemper aliquid aut ſcribens aut legens, aut ſecum ipſe meditans aut alios erudiens. Teſtatur porro, ipſum paucis diebus in eundem morbum relapſum eſſe, è quo ſe paululum recreaverat, ſive quod affectæ valetudini non pepercerit, ſive quod plus laboris ſumſerit, quam ferre poterat. Ulterius inquit: *Pro virtute ejus ſingulari optare licet, ut aliquid à ſtudiis temporis ſejunxiſſet, atque ad vires & valetudinem contuliſſet. Quod ſi voluiſſet facere, neque illum tam inopinata mors, nec nos tam inexpectatus dolor attigiſſet. Sed hoc* (ita pergit,) *in ſummi viri laudibus vitium fuit, quod ſe immoderatis maluit laboribus frangere, quam ullum momentum perdendo ſuæ ſaluti, & noſtræ utilitati conſulere. Nam quid commemorem hujus prætergreſſæ hyemis labores? Quid nocturnas vigilias? quid matutinas excubias? quid perpetuas commentationes?* Tandem dicit, morbum mortem attuliſſe, quæ aliquot poſt annis maturiore ætate obrepſiſſet, niſi in operibus nimirum feſtinans & properans ante in medio ſpatio defatigatus corruiſſet, quam curſum ſibi propoſitum conficere potuiſſet.

Wir werden ſeiner zu erwehnen noch öffters Gelegenheit finden / vor jetzo wollen wir nur etwas weniges von ſeiner ſo ſehr ſtrittigen Orthodoxie melden / wiewol meines Erachtens dieſelbe bißhero alſo ventiliret worden/daß wenig Zweiffel mehr übrig bleibet. A. 1696. gab vorgedachter Herr

Difenbach / Prediger in Franckfurt / ein Sendschreiben an Herrn Adam Rechenberg in 4t. heraus / betreffend die schuldige Rettung der Ehre und Lehre des im vorigen Seculo hochverdienten Evangelischen Theologi, D. Martini Buceri, wider einen jüngsthin aufgetretenen ohnbenahmten Feind derselben / und dessen herausgegebene sogenannte glaubwürdige Zeugnüsse von Martini Buceri Unbeständigkeit in der Lehre. Jetzterwehnter Anonymus aber ist der Franckfurtische Pro-Rector Franck gewesen / (dessen Schrifft Herr Difenbach l. c. zu Ende mit beydrucken lassen) welcher ohngefehr vor zwey Jahren gestorben. Sie haben aber ihren Streit nicht ausführen dörffen / weil es ihm / wie beglaubte Nachricht habe / von Obrigkeits wegen verbothen worden.

Ich kan nicht verhalten / daß dem seel. Herrn Difenbach contra Bucerum unterschiedliches objiciret / absonderlich den bekandten locum (dessen Herr D. Mayer auch durch meinen Bruder Herrn D. Spenern erinnern lassen in der A. 1695. edirten Schrifft wider M. Francken p. 5.) aus der gründlichen und wahrhafftigen Historia von der Augsburgischen Confession Lips. 1584 in fol. p. 343. daraus erhellet / daß auch in den letzten Jahren Lutheri Bucerus ihn noch angefeindet. Darauf mir der seel. Mann d. 12. Nov. 1707. geantwortet: Zum Beweißthum der Orthodoxie des seel. Lehrers Buceri sind mir / seit meiner davon publicirten Epistel / durch den fürtrefflichen Herrn Schilter / der nun auch in der Ewigkeit bey GOtt

Freu-

Freude hat / so dann durch den Hoch-wohlberühmten Theologum, Herrn D. Zentgraf von Straßburg / aus verschiedene sehr stattliche Documenta, communicirt worden / so wol als ich auch der Testimoniorum sonsten noch mehrere gesammlet habe / welche mir allen auch den geringsten Scrupel davon gründlich benehmen. Mich verlanget hertzlich des gelehrten und Dähnischen Theologi, Herrn D. Severini Lintrupii, verheissene Harmoniam Eccles. August. & Anglic. Confessionis ehestens in dem Druck zu sehen / als worinn der wehrte Mann vorhat / den Punct ebenfalls zu erörtern / und Bucerum von der Anklage seiner Feinde zu befreyen. Die Anzeige dessen habe ich dieser Tagen in M. Christophori Friderici Læmmelii zu Copenhagen Anno 1706. edirten Historia Bugenhagiana gefunden / pag. 99. allwo ein grosser Brief gemeldten Herrn D. Lintrupii zu lesen / den er an diesen geschrieben und darinnen des seel. Buceri nebst meiner Wenigkeit mit folgenden Worten gedacht hat: *Hunc verò* (Bucerum) *ad meliora vicissim profecisse à Cl. M. Difenbachio ostensum in Append. Jud. Convert. & pec. ad Rechenbergium Dissert. Epistolica, à nobis forte etiam aliquando V. D. in Harmon. Eccles. Aug. & Anglic. Confessionis ostendendum.* Betreffend den locum von der Augsburgischen Confession p. 343. so erinnere ich mich noch meinem alten Academischē Freunde dem Welt-berühmten Polyhistori, Herrn Tenzeln / darauf geantwortet zu haben; als selbiger A. 1695. den 14. Oct. von Gotha aus an mich geschrieben / und unter andern des Buceri halben folgendes ge-

 setzt:

setzt: *Bucerum tuum orthodoxum videre gestio: hactenus enim cum Saxonicis facio, qui plurima in Bucero notant, minus excusabilia. Serpilius in nupera contra Franckium Epistola memorabilem locum ex historia Augustanæ Confessionis excerpsit, unde mens Buceri in Nostrates parum æqua elucet.* Ich besitze zwar unter meinen in vielen Quart-Bänden enthaltenen Actis Pietisticis ein Nahmen-loses Scriptum, unter dem Titul: **Herrn D. Johann Friedrich Meyers auf der Post abgefertigter** *Spenerus*, darinnen pag. 23. und 24. der Autor sich bemühet hat / Bucero dißfalls das Wort zu reden; es ist aber nur obiter geschehen und ohne gnugsamen Grund / dahero ich dessen in meinen Send-Schreiben an Rechenbergium nicht gedencken mögen / ob ich wohl darinnen pag. 38. & 46. nicht vergessen anzuführen / was zur besondern Antwort auf die Erzehlung / so in der Historie der Augsburgischen Confession pag. 343. & 344. befindlich dienen mögen. Zum wenigsten kommt aus selbigem Loco die Conclusion nicht heraus / die allein wider mich und mein Scriptum ist: *Ergo Bucerus post Ao. 1536. ad obitum usque fuit ac permansit Zvvinglianus hostisque Lutheranæ Ecclesiæ.* Die Sache / wovon daselbst gehandelt wird / betrifft eigentlich Buceri Verhalten gegen die Papisten / nicht aber galt es damals die Zwinglianer / welcher wegen Bucerus besonders bey einigen in Verdacht ist. Laß Bucerum, der ein Mensch gewesen / und gleich allen Adams-Kindern seine Fehler gehabt / bey dem Regensburger Colloquio in einem Brieffe sich übereilt / und es sonsten versehen haben

ben/ (davon zu wünschen wäre/ daß Buceri Schreiben/ und worauf er darinnen geantwortet/ zusammen gantz möchte angeführet seyn/ damit man desto besser von dem Inhalt und den Umständen urtheilen könte) so macht ihn doch das zu keinem Feinde Lutheri noch zu einem Zwinglianer. Die Sächsiische urtheilten mehrentheils den Bucerum nach dem/ wie er vor Ao. 1536. gewesen/ so dann wie seine benachbarte Schweitzer sich münd- und schrifftlich heraus liessen/ zumal da Bucerus aus allzu grosser Liebe zur Eintracht zwischen den Protestirenden die Hoffnung so völlig nicht wolte fahren lassen/ es möchten die Scheitzerische Zwinglianer nach seinem guten Exempel von ihren Irrthümern noch einstens ablassen/ und sich besser erklären. Was Bucerus von der Reformation der Kirchen wegen der Zucht und andern guten Lebens-Anstalten lehrte und urtheilte (davon ich ein bedencklich Manuscriptum eines stattlichen Bucerischen Wercleins in Teutscher Sprache geschrieben besitze) das verstunden andere und legten es unrecht aus von der Reformation der Lehre; so dann versirten damals politische und weltliche Händel mit darunter/ um welcher willen die Sächsischen mit den Ober-Ländern/ bevorab den Straßburgern nicht in so völligen Vernehmen stunden/ wovon Herr Seckendorffs Historia Lutheranismi Libr. III. p. 576. b. zu lesen. Und wann auch Bucerus selbiges mal noch so verdächtig worden/ entweder aus seiner oder anderer Schuld/ so hat er doch hernach alles wieder gut gemacht/ und die Sachsen vollkommen befriediget.

Dann so schreibt Herr von Seckendorff Lib. cit. p. 625. b. Bucerus sanè ita se gessit, ut ei cæteri insigne testimonium eruditionis & constantiæ tribuerint, & Electori atque Wittenbergensibus scrupulum, de quo supradictum est, exemerint; Adde quæ pag. 627. b. de Wittenbergensibus sigillatim narravit, quod de concordia Buceri, Majoris & reliquorum lætati fuerint &c. &c. O daß Carlstatt / Zwinglius / Amsdorff / Melanchthon / und andere des seel. und nie gnug gepriesenen Buceri rechtgläubig und friedliebend Gemüthe gehabt hätten / ich bin versichert / der theure Lutherus würde mit dem Evangelio Christi nicht so vielen Anstoß hier und dar haben angetroffen / und zumal würde der unseelige Wiedertäufferische und Sacramentirische Geist besser haben können bestritten und gedämpffet werden. Man lese nur die Bucerischen unverfälschte Schrifften (die je länger je rarer werden / ob ihrer schon eine gute Menge ist) ohne vorgefaste Meinung / ich bin versichert / man wird darinnen Geist und Krafft antreffen. Wie in dem / was bey der Würtembergischen Concordia A. 1536. mit Bucero in Sachsen vorgangen / die Sächsischen Theologen und Historien Schreiber vor andern anzuhören sind / also sind jenen nachmals die Ober-Ländische / und absonderlich die Straßburgische Theologen / samt den unpartheyischen Englischen Scribenten vorzuziehen in dem / was hernach Bucerus biß an sein seeliges Ende soll gelehret / gethan und geschrieben haben. Daß Ao. 1536. Bucerus sich mit Luthero aufrichtig und wohl in der Lehre verglichen / bekennen und rühmen die Sächsischen Theologen

und

und Historien Schreiber / und als Bucerus nachmals von dem Wittembergischen Vergleiche nicht wieder abgefallen / sondern Lutheri und dessen Evangelii von Christo treuer Freund und Vertheidiger geblieben / bezeugen und beweisen die Ober-Ländischen und Straßburgischen Lehrer / denen also beyderseits / in dem / was sie / eine jede Partie am besten wissen und bewähren kōñen / Glauben zuzustellen ist - - Wañ ich die Excerpta Seckendorfii Comment. de Lutheran. Libr. III. Sect. XXXI. p. 542. a. ex Wittembergensium Scripto mit der Relation, so in der Hist. August. Confess. pag. 343. von Buceri hefftigen und zweiffelhafftigen Schreiben befindlich / conferire / dünckt mich / es scheine / die Autores dieser Historie hätten Buceri Brief nicht recht ein und angesehen / indem sie / was Bucerus über die Papisten geklagt / so referiren und setzen / als ob die Klage über den Landgrafen und dessen Alliirten gehe. Nun 25. Jahr müssen wir euch Ketzer seyn 2c. In vorgedachtem Judæo Converso hat der seelige Herr Difenbach p. 305. seq. Buceri orthodoxiam noch weiter durch stattliche Zeugnüsse ausgeführet. Meines Orts wünschte / daß des seel. Herrn D. Sebast. Schmids vorgehabter Tractat de Consensione Buceri cum Luthero wäre herauskommen ; solches Scriptum wäre gewiß über alle andre dergleichen Arbeiten æstimiret worden.

LUDOVICI BUDÆI wollen wir nur mit gar wenigen gedencken / weil er nicht allein die Psalmen Davids aus der Ebräischen glücklich in die Lateinische

sche Sprache übersetzet / sondern auch mit einigen Anmerckungen vermehret / und also gar wol unter die Commentatores gezehlet werden kan. Er war Professor Ebr. Ling. zu Genev, und starb circa A. 1550. wie *Colomesius* in Gallia orientali pag. 15. meldet: *Joh. Crespin* au Lecteur sur la version Fr. des Pseaumes de Louis Budé 1551. *Nostre bon Frere Maistre Louis Budé a travaillé à la version de ces Pseaumes aussi fidellement qu' il estoit possibile, car outre qu' il estoit bien entendu en la langue Hebr. & qu' il avoit esté fort bien enseigné aux Lettres humaines, il estoit extraordinairement diligent.* Le Citadin de Geneve 1606. p. 42. *Au rang des Professeurs en langue Hebraique est escrit Louis fils du grand Budé.* De hujus matris ad Evangelicam fidem conversione sic *Melanchthon* in Epistola ad Patrem, pag. 585. Epistolarum, Collectore Joh. Manlio Bas. 1565. Venit huc quispiam ex Gallia nobilis vir ac doctus, qui narrat, honestissimam matronam viduam Budæi, una cum filiabus Lutetia migrasse ad Calvini Ecclesiam, ut ibi & vocem Evangelii audiat, & longius absit à sævitia, quæ in regno Gallico adversus Evangelii Studiosos exercetur. Hoc exemplo matronæ valde moveri homines in Gallia idem affirmat; propterea quod mortui mariti sui doctissimi & gravissimi viri judicio existimatur hanc doctrinam amplecti, de qua ipsum multa pie disseruisse ante mortem constat.

D. JOHANN BUGENHAGEN hat sich auch um die Psalmen Davids wol verdienet gemacht. Sub Tit. *Joh. Pomerani Bugenhagii* in Libr.

Psal-

Psalmorum interpretatio Wittenbergæ publicè lecta. In denen unschätzbaren Novis Lit. German. Ao. 1709. p. 158. finden wir die Nachricht / daß Herr M. **Christoph Fridrich Lämmel** alle Schrifften dieses theuren Theologi zusammen suchet / und daselbst auch einen Catalogum deren geliefert / die er schon gesammlet hat. Darunter findet sich nun n. 2. sein Comment. in Psalmos (darzu noch meine von ihm ausgelassene editiones setze) Basil. Norimb. Argentorat. 1524. Witt. 1526. 1535. 1544. 1575. in 4. & 8. it. in fol 1524. Luthero T. II. Epist. p. 241. valdè commendatus. It Annotationes MSC. Reperitur hoc MSC. Hamburgi in Bibliotheca Templi S. Cathar. item: Confessio de Psalterio suo germanico translato, quod A. 1520. Basil. prodiit in lucem.

Hieher gehöret noch die Auslegung und Erklärung des Psalters aus dem Latein ins Teutsche gebracht / an vielen Orten durch ihn selbst vermehret und gebessert. Nürnb. 1543. Witteb. 1679. in fol. Pomerani Psalterium Davidis, & integri loci Sacræ Doctrinæ ex omnibus Prophetis cum quibusdam aliis piis canticis, hæc latinè conversa ab eodem. A. 1544. Item Psalmus I. & XXIX. explicatus Hafn. 1632. in 8. 1524. in 4.

Uberhaupt aber beruffe mich auf des gedachten sehr fleissigen Herrn M. Lämmels A. 1706. in 4. heraus gegebene Historiam Bugenhagianam, allwo sich *Petri Vincentij* Oration von Bugenhagii Leben / hernach 42. Historische Testimonia von ihm aus den besten Autoribus, der Catalogus seiner Schriff-

Schrifften / und endlich *Sev. Lintrupii* Theol. Prof. Hafn. Epistola an Herrn Lämmel / darinnen er von *Bugenhagii* meritis in Ecclesiam Danicam handelt / sich befindet. Conf. Unschuldige Nachrichten A. 1707. p. 131. seq.

Es wird uns noch aus vorgedachtem Bucero erinnerlich seyn / daß derselbe Bugenhagens Arbeit über die Psalmen ins Teutsche versetzet (ich habe die Edition zu Basel Ao. 1526. in fol. gedruckt) (vid. *Placcii* Theatr. Anon. p. 482.) weil aber Bucerus dem seel. Bugenhagen darinnen eine Meinung angedichtet / die sowol ihm als der reinen Glaubens-Lehre höchst zu wider war / so hat dieser eine Oration publiciret: quod ipsius non sit opinio illa de Eucharistia, quæ in Psalterio sub nomine ejus germanicè translata legitur. Davon wir bald etwas mehrers vernehmen wollen.

Wenn aber Hendreich l. c. p. 781. von Bugenhagens interpretatione Psalmorum schreibt: Exstat præclarum judicium Lutheri de hoc labore, quod legitur in Edit. I. ad Fridericum Saxon. Electorem, (welches auch die formalien *Jac. Verheidens* in Elogiis Theolog. p. 35. seyn) so confundiret er Lutheri approbation und Bugenhagii dedication. Diese/und nicht jene war an den Sächsischen Churfürsten gerichtet. Weil aber jetzt erwehnte D. Lutheri und Melanchthonis Censuren sehr merckwürdig / wollen wir beyde communiciren: *M. Luther.* pio Lectori gratia & pax. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui nos hoc seculo rursum benedixit omni benedictio-

dictione ſpirituali cœleſtium rerum & abundantia frumenti & vini electorum ſuorum nos ſatiat, miſſoque verbo ſuo liquefacit chriſtallum, pruinam & nebulam, ante quorum frigus hactenus nemo potuit ſubſiſtere. Ex eorum numero eſt & hic *Joannes Pomeranus*, Epiſcopus Eccleſiæ Wittenbergenſ. voluntate Dei, & patris noſtri, per cujus miniſterium tibi, chariſſime Lector, donatur hoc Pſalterium, Spiritu Chriſti, qui eſt clavis David, reſignatum. Quod ut multis verbis ornem, non eſt operæ pretium, quod abundè ſatis tibi (ſcio) commendatum erit, non meo teſtimonio, ſed ſuo ipſius argumento, quo te coget (ſi legeris) teſtificari, Spiritum eſſe, qui loquitur myſteria hæc, à tot ſeculis abſcondita. Nam ut conferri poſſit tam priſcorum, quam recentiorum commentariis, etſi odioſum eſt ſtatuere, audeo tamen dicere, à nemine (cujus extent libri) eſſe Pſalterium David explicatum, eſſeque hunc Pomeranum primum in orbe, qui Pſalterii interpres dici meretur. *) Adeo cæteri fere omnes tantum opinionem quisque ſuam, eamque incertam in hunc pulcherrimum librum congeſſit, hic verò judicium Spiritus certum te docebit mirabilia. Porrò & ego aliquando in hoc libro cœpi operam impendere, ſed Papiſtarum tyrannis ſuſpendere me coëgit organum meum in ſalicibus Babyloniæ iſtius. Verum Chriſtus meam ſortem vindicavit glorioſè, nam loco mei unius, cujus ſtillas noluit ferre Satan, cogitur plurium & majorum ſuſtinere

*) Conf. Jac. Frid. *Reimanni* Hiſt. lit. P. III. C. I. p. 76.

nere tonitrua & cataractas Ita me oportet minui, illos verò crescere. Quare non est, optime Lector, ut meum expectes Psalterion amplius, sed mecum gaude, gratulare, & gratias age Christo Salvatori nostro, qui pro uno Luthero paupere & tenui, jam ipsiusmet David, Isai, Pauli, Joannis atque adeo sui ipsius spem, imò rem & copiam fecit clarè & palam videndi, audiendi & palpandi, non unius tantum calamo aut lingua, sed exercitu multo, ut Psal. 67. ait. Gratia tecum Amen.

Philippus Melanchthon Lectoribus S. Tametsi compertum habeam, qua fide hujus operis auctor, in enarrandis Psalmis versatus sit, tamen cum Paulus nobis piorum hominum tum scripta, tum sententias religiose commendet, ubi prophetias vetat contemnere, non erat, cur libri hujus præconium faceremus ipsi. Optarim autem ad ejus lectionem, Paulina voce, quam plurimos invitari, quod Psalmis non mediocrem lucem hic commentarius adferat. Porrò quis nescit, in Davidis carminibus vim pietatis graphicè depictam esse, cujus si quem tenet studium, is opinor neminem sibi magis familiarem congerronem, quam hunc vatem esse volet, qui divina voce omnibus animorum motibus medetur, adflictos erigit, somnolentis veternum excutit. O miram Davidicæ citharæ vim, quæ verbum Dei nobis adeo multipliciter decantat! Pietatem alii ponunt in baptismatibus carnis, ut vocant, alii in communium morum contemptu, denique varie nobis ferè Deos somniamus, à quibus erroribus vindicari mentes humanæ nisi germani verbi Dei cogni-

gnitione non possunt. Quare studiosos rerum Christianarum adhortor, ut, quando vix usquam pietas clarius descripta est, quam in Psalmis, hos diligenter cognoscant. Adjuvabit id studium sedulò interpres, qui in locis obscuris erranti, perinde ac Mercuriales statuæ vias indicant, iter candidè simpliciterque monstrabit. Valete.

Weil auch in gedachter Dedication an den Chur-Fürsten *) der seel. Bugenhagen viel merckwürdiges mit einfliessen lassen / daraus wir uns eine vollkommene Ideam von seiner Arbeit machen können / als wil / so viel hierzu dienlich / daraus communiciren: Cum in hanc tuam scholam, Illustrissime Princeps, pervenissem, non aliud in animo erat, quam audire alios, quos certè doctissimos hic fovet locus, & dignos, qui non modo à me, sed etiam ab iis, quibus par esse non possum, audiantur. Atque hujus instituti mei testes sunt, quotquot hic me tunc noverunt, ut non dicam, quanta cum voluptate etiam nunc audiam, plusquam doceam. Verum non oblitus mei, qui pascit Israël, qui deducit velut ovem Joseph, me ignorante, quæsivit, ut semper in aliis rebus, occasionem, per quam detruderer ad psalterium publice interpretandum. Bis ante in Pomerania mea in ista arena sudaveram, nescio quàm feliciter, certe paucis spectatoribus. Et jam quidam ex Pomeranis meis erant hic, cum quibus cœpi in habitaculo meo conferre quotidie ex Psalmis, ut vel

*) Edit. scil. Noriberg. 1524. in 8. denn die Edition in 4t. Basil. eod. anno hat er der Universität in Coppenhagen dediciret.

ſic ad pietatem provocarem adoleſcentes. — — Hic, illuſtriſſ. Princeps, cœperunt & alii rogare, quo ad meam interpretationem admitterentur. Permiſi non gravatim. Quid enim pluribus inviderem verbum Dei, quod jam coram paucis tractabam? Verum non ad Pſalmum decimum ſextum perveneram, quando ita me ex tua ſchola numerus obruit auditorum, ut habitatio mea eos non caperet, & ut ego legere jam non poſſem. Rogabar igitur paſſim à multis, ut publice legerem. Videbantur & hoc velle, penes quos rerum ſumma, quod ad lectiones attinet, ſpectabat. Acceſſit his omnibus *Philippus Melanchthon* noſter, cujus autoritas quantum apud me valeat, non opus fuerit nunc recenſere. Is coram multis, plane non ineruditis, jubet ut publice legam. Lego igitur Deo volente non in vacuo auditorio, rurſum à primo pſalmo incipiens, atque ut ad finem usque perſiſterem, me pertinacia auditorum, quorum multos par fuiſſet à me audiri, animabat, qui & præterea non contemnendis muneribus, ne quid deeſſet, liberaliter me donaverunt. Quin & Philippus noſter ſubinde me ſua præſentia, honoris gratia, & ſimul ut ſciret, quid efficerem, dignabatur, ut vel ſic & me & meos auditores (quæ ſua eſt in hanc ſcholam benevolentia) in officio contineret. Habes itaque illuſtriſſime Princeps, rationem, qua me Deus vocavit, ut hic publice docerem, in quo negotio adhuc utcunque perſiſto.

Deinde ſæpe admonebar à multis, ut meo labore publicæ conſulerem utilitati, edendo meas

Anno-

Annotationes in publicum. Præcepit hoc ipſum *D. Martinus*, qui, ſi perrexiſſet in reliquos ſcribere pſalmos, quemadmodum cœperat, nemo cuperet meam interpretationem ne videre quidem. Scribo igitur, verum in mediis conatibus ſentio onus, quod ſuſceperam, non tamen in animo erat unquam deſiſtere. Ad lucernam ſæpe ſcribebam, quando in die propter publicas, quas legebam, lectiones non licebat. Ad plures cogebar dies quandoque à ſcribendo ceſſare, & per partes Baſileam auferebatur, quod ſcripſeram, ut etiam in poſterioribus pſalmis videre non liceret, quid in prioribus tractaſſem, niſi ea, quæ pauca mihi annotaveram. Quæ omnia quid impedimenti præſtiterint, expertus non ignorat. Multum me hic ſolabatur, quod ſinguli pſalmi ſingulos requirunt tractatus, nec ſibi cohærent, unde ſemper videbar meo functus officio, quoties pſalmum finieram.

Quam vero nihil aliud quæſierim, quam ſimpliciſſimè interpretari, quod ego ex pſalmis & ſcripturis ſacris per Chriſtum intelligo, teſtabitur vel totus liber, in quo ſi quis erudite ſcripta requirat, fallitur. Eruditio enim illa, quam vocant, à me nunquam eſt expectata. Veritatem Dei per Chriſtum ſcripſi, alius addat, ſi velit eruditionem. Non gravatim ergo audiam dicentes, dum mea legunt: Hæc potuiſſent brevius dici, illa alio ordine, alicubi interpretatio nobis non placet &c. Permittam enim illis, ut commodius omnia dicant, & melius interpretentur, modo ex ſcriptu-

ris ſacris, & ſervato contextus ordine, id quod ego feci. Nam eos, qui ex ſuo ſenſu interpretantur, aut ex commentariis aliorum, & quidvis pene in ſingulis quandoque verſibus dicunt, ſive cohæreat cum præcedentibus, ſive non cohæreat, nihil moror. Habeat eos quisque, quo loco velit. Nos vel occaſionem ad meliora dando conſuluimus illis, qui genuinam requirunt Pſalmorum interpretationem, ſecundum interpretationem Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum, quemadmodum ſuis locis indicabimus.

Poſſemus excuſare. quod ferè interpretationem, quam ante conceptam animo habebamus, effuderimus in hiſce commentariis, ut in buccam veniebat, dum non aliter licebat, id quod ubique ferè liber meus teſtatur, vel me tacente. Sed quid attinet? Quod volui, præſtiti, nempe, ut dixi, nihil aliud, quam ſententiam meam indicare in Pſalmis, & obiter quandoque oſtendere, quid quædam in ſcripturis ſibi velint, atque hæc non meo, ſed ſcripturarum ſenſu. Hoc ipſum enim quis non videt, modo mea legat, vel ex ſummis illis, ſive argumentis pſalmorum, ubi dum ſummam Pſalmi promitto, incido ſæpe in totius ferè pſalmi interpretationem. Quod animadverti quidem, (quid enim iſtud non viderem?) ſed placuit ſic iſtam temeritatem ſemel cœptam ad finem usque perſequi, nihil referre putans, modo Lector inveniret, quid ſentirem de pſalmo, ſive ante pſalmum, ſive poſt pſalmum. Quod ſi accuſabor, habeo, quo me vel ſophiſtica diſtinctione defendam (cur enim in re mea, non in re ſacra jocer?)

Nam

Nam ſumma illa aut eſt brevior, & eſt ſumma ſive argumentum pſalmi; aut eſt prolixior, & eſt ſumma ſive argumentum commentarii vel interpretationis in pſalmum. Quæ diſtinctio ſi non ſatis eſſe viſa fuerit, qui rei huic favent, Lectores meam coram aliis deprecentur culpam, ut liceat mihi hic interim eſſe ſecuro in re, quam contemno.

Ad tuam igitur majeſtatem, illuſtriſſimum Saxoniæ caput, mitto lucubrationem hanc meam, jam ante, & propter hujus ſcholæ legem, & propter imperiale edictum doctiſſimo viro, *Philippo Melanchthoni* rectori, pro magna parte oblatam, ut ſub tuo nomine quod ſacrum ſcribimus, exeat in publicum, & quod multi auditores jam dudum probaverunt, tuo auſpicio multo plurium lectorum judicio committatur — — Et licet quædam fruſtra indicavero, nempe jam ante cognita & intellecta, tamen alicubi gratiam inveniet apud te mea interpretatio, & occaſionem dabit meliora cogitandi. Atque hæc eſt utilitas, quam ſolam ſpero ad lectores redituram, dum mea legunt, nec aliud mihi ſumo. Quod ſi non aſſequor, conſultum volui utcunque per Chriſtum pſalmorum Lectoribus iis, qui Dei eruditionem & conſolationem, non ſua lucra aut ſuperſtitioſos Dei cultus, id eſt idololatriam, quærunt ex pſalmis.

Porro ſententiam Pſalmorum (ſi quis & hoc requirat) ex Heb. diximus ſecundum Felicis Hebræi translationem, qua hodie nulla eſt melior. Neceſſarium enim erat, ut ad Heb. reſpiceremus,

ne interpretaremur, quod propheta Hebræus non dixiſſet, id quod ſæpe videmus quibusdam accidiſſe, licet & multa ſint, quæ ego non ſum aſſecutus. Quis enim hoc gloriabitur? Cæterum veterem vulgaremque apud latinos translationem poſuimus, & cum Hebræo conciliavimus, in gratiam illorum, qui vetera magis amant, id eſt, illa, quibus aſſveti ſunt, ſed eam ipſam translationem ad Græcam, unde deſumpta eſt, exegimus, ne ſequeremur librariorum vel iſtorum choralium corruptiones & mendas, quas emendationes videri volunt, aut etiam nonnunquam interpretis latini oſcitantiam. Id quod libenter videbunt, qui ſententiam pſalmi requirunt.

Wie übel vorgedachte Aenderung Buceri D. Bugenhagen ſeel. empfunden / und ſich deswegen öffentlich beklaget / wollen wir aus ſeinen eigenen von Herrn Crenio P. VIII. Animadv. p. 119. ſeq. allegirten Worten vernehmen: *Joannes Bugenhagius* Pomeranus in Epiſtol. ad *Georg. Spalatinum*, Eccleſiæ Altenburgenſis Paſtorem, & *Joann. Agricolam*, Iſſebianæ ſcholæ Archididaſcalum, præmiſſa laudati Bugenhagii Confeſſioni publicæ de Sacramento Corporis & Sanguinis Chriſti, è Chriſti inſtitutione, editæ Wittemb. annô 1528. in 8. p. m. 12. *Dolebitis*, inquit, *certè meam vicem, fratres in Chriſto dilecti, ubi videritis meam orationem. Quid futurum putatis per depravatores nobis defunctis, quando noſtri libri ita corrumpuntur nobis viventibus? Sed viderit iſta DEUS.* Et p. 13. Argentinæ per „Martinum Bucerum, commentarii

mei

„mei, quos in Psalterium Davidis Latine scripseram, versi sunt in Germanicam linguam, & hoc annô primum ex officinâ *Adæ Petri*, civis Basiliensis, prodiêrunt ita Germanicè versi in lucem. In quibus sunt quidem aliquot sententiæ non ex mea farina, sed facilè fero. Gaudeo enim, quacumque tandem occasione prædicetur Christus. Non feram autem, quòd meis sententiis & sub nomine meo admixta sunt, quæ ego sanè non possum (ita me amet Christus) non impia judicare, nempe quæ vel in CXI. Psalmo, cujus initium est, *Confitebor tibi* &c. de Eucharistia inserta sunt, quasi ego sim assertor illius opinionis, quâ contra manifesta verba institutionis Christi, edi, & verum ejus sanguinem bibi, quasi ita oporteat contra verbum Christi pugnare, quemadmodum Dei favore, contra traditiones humanas, & impium hujus tam sancti Sacramenti abusum pugnatum est. Item p. 14. Tantum abest, ut *Bucero* malè velim, ut etiam doleam, eum in hæc incidisse, utque nunc cum dolore quoque hoc dicam, quod me dicere oportet, postquam illa opinio non solum sub nomine meo, sed etiam in insigni Psalmorum opere invulgata est, nisi tacendo velim seductionis habere consortium. Ipse mihi testis est, quanti virum fecerim, & quô candore suspexerim, *ita ut ejus arbitrio meum Psalterium permiserim.* Sic enim in Præfatione illa sua in Psalterium scribit, me ad ipsum scripsisse, & verè scribit. Interpretare, mi Bucere, hoc meum Psalterium quàm liberri-

„mè, muta, adde, deme, in alium ordinem col-
„loca, quædam ſuo loco repone, quædam vel
„clarius vel aliter interpretare, ut non magis meum,
„quam tuum ſit Pſalterium, omnia hic tibi per me
„licebunt, quibus conſultum ſperaveris noſtris
„Germanis, ut nunc indocti & pueri aliquid Pſal-
„morum intelligant, in quibus intelligendis non
„parum ante hac doctiſſimi etiam doctores hallu-
„cinati ſunt. Perge itaque, Dominus ſit tecum,
„Amen. Hæc mea ſunt, quemadmodum ipſe
„verè ſcribit, quibus ita ſubjungit: Hæc ſunt ver-
„ba interpretis noſtri, *Joannis Pomerani*, quæ ſua
„manu ad me perſcripſit, ſecundum quæ me ita
„continui, ut nihil omiſerim eorum, quæ ipſe
„*Pomeranus* Latinè ad veram & genuinam Pſalmo-
„rum intelligentiã utiliter ſcripſerat, licet in alium
„ordinem redegerim, quemadmodum videba-
„tur commodius pro laicis futurum. *Hæc ille.*
„Quòd ſi præſtitit, quæ promiſit, gaudeo: non enim
„vidi omni. Sed unde, quæſo, cauſſa illa Sacramen-
„taria irrepſit in meum Pſalterium? Forte hic liber
„aptus viſus eſt, in quo omnia, quæ quidam contra
„nos ſentiunt, vel refragantibus nobis, ſub nomi-
„ne noſtro venderentur? Id quale ſit, quis ignorat?
„Eſtò, propter conſcientiam non voluerit noſtram
„de Euchariſtia ſententiam aſſerere, ne aliena qui-
„dem reddendo ſive interpretando, cur non in
„totum omiſit, quando & ipſe recte aſſerit, non
„eſſe neceſſarium, ut in eo Pſalmo de ſacramento
„Euchariſtiæ dicatur? & ego certe laudaſſem eum
„ut virum bonum, qui meos (ut ipſe videri vult)
erro-

„errores, propter conſcientiam, non auſus fuiſ-
„ſet prodere Germanis. Non enim ab ullo poſtula-
„mus, ut contra conſcientiã agat vel dicat utcum-
„que erret. Cur, ubi nihil opus erat, occaſionem
„quæſivit inſerendi ſuum dogma quaſi meum, ut
„ſic nomen meum & miniſterium verbi mihi à
„Deo commiſſi contaminaret, & fidelibus ſuſpe-
„ctum redderet, quando interim ego optima quæ-
„que de eo ſentiebam? Omnis vero excuſatio hic
„ridicula erit, quando ego in eo loco paucis verbis
„de Sacramento dixi, quæ nihil dicunt contra iſtam
„novam opinionem, quæ (vel omnibus Sacramen-
„tariis teſtibus) ipſe potuiſſet bonâ conſcientiâ non
„ſolum ad verbum reddere, ſed etiam publicè
„prædicare. Quod autem, propter hæc verba,
„non ſentiam, quod nova opinio docet, non ob-
„ſcuris verbis teſtatus ſum in præcedenti Pſal-
„mo, *Dixit Dominus &c.* Ut non dicam, quod,
„quando ſcribebam, ne ſuſpicari quidem licuerit,
„hoc incendium contra Chriſti inſtitutionem ali-
„quando ſæviturum. At fortè eodem verba mea,
„quibus liberum ei feci meis verbis addere, deme-
„re &c. non ſolum eum excuſabunt, ſed etiam me
„arguent, injuſtè agere, quod accuſem propter
„iſtam additionem, quaſi verò ego non præſcri-
„pſerim ei ſententias, in quibus ſe contineret. Aut
„propterea ſcilicet ederet ſub nomine meo ſenten-
„tias, quas non ignorat, à nobis publice damnari?
„Poterat & alius addidiſſe meis ſententiis has &
„ſimiles, lapidem eſſe panem, aquam eſſe ignem,
„Turcam eſſe Chriſtianum, Deum non regnare &c.

„& postea excusare, atque adeo contendere, se ju-
„re fecisse, quia permisissem, ut adderet, quæ
„vellet, ita scilicet egregiè præstaret, quæ ego ex
„ipso speraveram? Videant alii hic meum cando-
„rem. Ego autem planè hic meam accuso stulti-
„ciam, immo & peccatum fateor, quòd istum the-
„saurum verbi Dei, mihi à Deo commissum, ho-
„minis arbitrio permiserim, cum tamen ipse do-
„ceam, nulli fidendum, nisi uni Deo, utcumque
„charitas sit omnium serva. Stultissimus sim neces-
„se est, si non posthac cautius in istis fidei rebus
„agam. Nam meâ hâc (ut ingenuè fatear) stulti-
„tia non tam me, quam optimos quosque, qui
„apud nos sunt, viros, de Christi Evangelio opti-
„me per gratiam Dei meritos, reddidi suspectos,
„quasi sentiant hoc de Eucharistia mecum, quod
„nemo ex nobis, qui publicè docemus, sentit,
„quamquam liceat facilè mederi isti morbo sive
„suspicioni. Id autem quô pactô factum sit, jam
„exponam. Ubi cœperat venum exponi Psalte-
„rium Germanicum, ego securus agebam, quasi
„omnia, quæ volebam, rectè curata essent, donec
„fere post dimidium annum quidam ex Augusta
„veniens indicaret, Sacramentariam illam opinio-
„nem esse Psalterio insertam. Obstupui primum,
„deinde, ubi addidisset, & quia tu sic diceris scripsis-
„se, ajunt propterea totam scholam Witembergen-
„sem ita sentire, cœpi ridere, reputans hominem
„ineptire. Quid, inquam, hoc ad totam scholam, si
„unus Pomeranus ita sentiret & scriberet? Verum
„penitius rem intuitus, perspexi famam istam non
omni-

„omnino vanam, atque hic patrem illum menda-„ciorum Satanam ſatis aptam ſpeciem habere & „fucum, quô perſuadeat, nos omnes ita ſentire. „Siquidem præpoſita eſt Pſalterio præfatio illa mea „ad illuſtrisſimum Saxoniæ Principem *Fridericum*, „Electorem &c. cujus memoria in benedictione „eſt, in qua præfatione fateor, me, quæ in Pſal-„terium ſcribo, in noſtra ſchola docuiſſe, & præ-„tereà additæ ſunt commendationes Doctoris „*Martini Lutheri* & *Philippi Melanchthonis*, qui-„bus lectori commendant omnia, quæ in Pſalte-„rium ſcripſi. Cum ergo in Pſalterio Germanico „lecta fuerit impia de Sacramento opinio, dicetur „non ſolum, Pomeranum ita ſentire, ſed etiam pu-„blicè in noſtra Schola eſſe aſſertam, & per Docto-„rem *Martinum* & *Philippum* publico teſtimoniô „confirmatam, quando in ſchola publicè tracta-„tum eſſe aſſerit Pomeranus, & illi duo primarii „viri confirmant, quidquid in Pſalterium Pomera-„nus ſcripſit, itaque totam ſcholam in hac parte „non ſolum non contradicere Pomerano, ſed etiam „eadem cum ipſo docere, hoc voluit Satan. Di-„cuntur iſta Latinè excudi, & mitti ad Gallos, & „illos, qui Germanicè neſciunt. Si negotium Dei „agunt, quid opus eſt iſtis emendicatis & ementitis „ſuffragiis? Igitur te, Chriſtiane lector, per Chri-„ſtum obſecro, ut & verbis & literis admoneas „tuos, ad quos fortè noſtra hæc non perveniunt, ſi „inciderint in Pſalterium illud Germanicum, ne „hanc de Sacramento opinionem, quâ negatur ve-„rum corpus Chriſti edi à fidelibus, quando edi-„tur panis Chriſti, & verum ſanguinem Chriſti ab

eis-

„eisdem bibi, quando bibitur calix Chriſti, ſub „noſtro ſuſcipiant. Nam etiamſi vera eſſet illorum „opinio, tamen dicere, Pomeranum ita ſentire, ita „in ſchola hac publicè aſſerere, ita ad Illuſtriſſi- „mum Saxoniæ Principem Fridericum in Pſalterio „ſcripſiſſe, & viros illos Doctorem Martinum & „Philippum publicâ commendatione hanc quaſi „Pomerani opinionem confirmare, tam impium „eſt, ut vel me tacente (o utinam tacere licuiſſet!) „quotquot noſtra audierunt & legerunt, etiamſi „adverſarii ſint, cogantur clamare tam impuden- „tia eſſe mendacia, ut nihil impudentius dici poſſit. An vero memoratus inlatum ſibi *Bucerus* perfidiæ crimen his in p. m. 523. Dedicationis Sophoniæ explanationi præmiſſæ Edit. Steph. M.DLIV. in fol. reperiendis verbis diluerit ſatis, Lectoris committo judicio. Ego ea ſubjicio: *Bienniô*, „inquit *Bucerus*, *hinc verti in linguam popularem noſtram Pomerani in Pſalmos Enarrationes, ſimulque adjunxi, quæ profore Lectoribus ſperabam. Nam datis ad me literis ille non ſolum permiſerat, ſed juſſerat etiam, ut operi adderem, demerem, mutarem, ut non minus meum, quam ſuum eſſet Pſalterium. Id ita præſtiti, ut nemo, qui in his judicare poteſt, non agnoſcat, perutilem operi acceſſionem per me factam. Hâc occaſione, quum & ipſe in Pſalmo CXI. de Euchariſtia aliqua tractâſſet, ego quoque nonnulla de ea diſſerui. Inter cætera verò contra vulgarem, & ipſi quoque damnatam panis Dominici adorationem, neque verbulum admiſcui, quod vel cum veritate, vel cum ſententia ejus pugnet. Ipſe autem, neſcio quô ſpiritu actus, diram con-*

contra me Apologiam, accusans perfidiæ, edidit. Respondi illi, ut me & illum, & Ecclesiam Christi decere arbitratus sum. Summa fuit, me capitis velle dare pœnam, siquid etiam contra suam sententiam scripsisse, me eô locô posset convincere, quamquam id licuisset, quia ita tractare eum librum jusserat, ut non minus esset meus, quàm ipsius. Jam in sua confessione volens probare, me illius sententiæ contraria scripsisse, adducit mea, quali fide ego nullius Turci, aut Scythæ, nedum illius, aut ullius Christiani scripta adducere vellem. Refutans equidem vulgarem adorationem, inter cætera sic scripsi: Christus quidem, porrectô discipulis pane, dixit: Hoc est corpus meum; sed jussit ipsum edere, & direxit ad corpus suum, quod pro ipsis tradebatur in mortem, quò istuc crederent, & ipsum interne perciperent, ac spiritualiter manducarent, his continuò subjunxi, dann sonst das leibliche nicht nutz/ ja vielmehr schad ist / *hoc est, alioqui id, quod corporale est, non utile, sed potius damnosum est. Hæc mea verba adducens Pomeranus particulam* sonst / *id est, alioqui, omisit, nam non faciebat ad calumniam. Ego enim nihil dixeram, quam sine spirituali manducatione corporalem non utilem (l. inutilem) modo, sed & noxiam: id quod & ipse scribit. Quid verò audirem, si non tam bonâ fide scripta illius adduxissem? Simili fide posteà scribit, me dicere: Christum jussisse panem edere, qui non sit suum corpus: quod si non solum in communi illo nostro Psalterio, sed in ullo scripto meo invenerit, jam me volo ipse morti addixisse. Ubi autem hic pudor? ubi vel Ethnica fides? Quanta, quæso, est hæc tentatio viri, mea quidem opinio-*

nione minimè mali? Post hæc iterum suam cantilenam canit, pani accedere verbum, quod Evangelistæ memorant dictum discipulis, sed nolo hic tractare causam Eucharistiæ, abunde jam aliis libris tractatam; quamquam respondebitur propriô librô, vel per me, vel alium, & confessioni Pomeranicæ: tantum qui Christi sunt, & nobis alteram aurem servent. Monueram etiam hominem in Apologia mea, quando multis in locis Psalmorum germanum sensum non fuisset assequutus, ut non abjuraret ejus castigationem. Nam scripserat, se nunquam illud facturum melius, sed sic permissurum, ut sit memoriale illius insignis doni Dei, quo dederit ei, ad finem usque Psalmorum absque alio duce, perrumpere. Hanc mihi nunc admonitionem invertit, quasi calumniatus sim, quod dixerit, insigne opus Psalmorum: tum quod quædam retractarit, quorum neutrum in mea Apologia legit: ut demirari satis nequeam hominis incogitantiam dicam, an quid aliud. Sed vel merita crimina regerere, quid ædificet? Dominus ostendat illi suum errorem, tollat supercilium & confidentiam, donetque mentem sanctæ concordiæ paullo studiosiorem. Hæc Buceri verba repetivit quoque *Abrah. Sculte- tus*, Decad. II. Annal. Evangelii, p. m. 57. f. edit. Heidelb. M.DCXX. in 8. Subjicio & Erasmi Roterodami verba ex Epistola ad Fratres Germaniæ Inferioris & Phrysiæ Orientalis scripta annô M.D.XXX. M. 3. b. 4. a. *Nondum prodierat in theatrum ille* (Bucerus additur in margine) *qui quædam in libris Lutheri, & Pomeriani* (l. Pomerani) *falsavit, & ad suum dogma non vertit, sed invertit: Non-*

Nondum, qui doceret nos, esse fas in Evangelico negotio fucis, at technis uti, qui fictis titulis commendarent libros suos. Et qui talia faciunt, ac docent, nunc scribunt, nunquam tali suspicioni locum dedimus. Appello, ut ajunt, Carolstadii libros insulsissimos; quos tamen non legi, nam erant germanicè scripti, sed docti, qui legerant, ita prædicabant. Atque ipse etiam Oecolampadius, qui sententiam amplectebatur, probationes damnabat. Deinde sic placuerunt senatui, ut suppresserint: tot scatebant convitiis. Non cecinit, inquiunt, palinodiam. Quur igitur dicitur Luthero reconciliatus? In libro, inquit, aliud scripsit, nimirum jam extra Lutheri potestatem constitutus. Qui tamen in eum fuit mitior, quam Zvvinglius in Balthasarum, quem Tigurini sex, ut ajunt, menses detinuerunt, in carcere, nec nisi publicâ recantatione dimissus est, imò non dimissus, qui fugit è carcere. Certe Basileæ publicus erat rumor, Carolstadium recantasse. Et quid mali fuisset, si à tanto errore resipuisset? Postremò qui damnat asseverationem dogmatis, quòd prius asseverârat, nonne canit palinodiam? De Leopol. & Carol. satis. Superest alter ecclesiastes, quem ajunt hujus, cui nunc respondemus, libri, certò maxima ex parte, architectum, eoque nomen suum supprimit. Vocetur, si libet, Bucephalus, (*Alias* Bucerus) *is fictô titulô scripsit librum ad primogenitum regis Galliæ, admixtis aliquot verbis gallicis, quò videretur à Gallo scriptus ad Gallum. Pius, inquit, dolus est, qui nocet nemini, prodest multis. Primum, nulli nocet hæresis? Hoc protinus audiret ab alio: Nam hoc de istis pronun-*

nunciatum est. Non læditur tantus princeps, ac natio religiosissima, quæ gravatur invidia? Quod autem simile exemplum ab Apostolis, aut probatis Ecclesiæ doctoribus profectum est? Si hic fucus nulli nocet, quur Lutherus tam indignè tulit, suos libros per hunc fuisse corruptos? Quur Pomerianus (l. Pomeranus) *de simili temeritate illius questus est? Quod ab aliis, & ab ipsis adeò legibus falsi gravissimô crimine notatur, huic lepido Evangelistæ pius dolus est.* Idem fatum Bucerum ipsum mansit posteà, quippe quo de hæc tradit Hugo Grotius in adducti Voti p. m. 24. *Quam facilis autem hic sit conciliatio, si absint tricæ scholasticæ, & alienus à pace animus, ostendit Bucerus in Psalm. II. non editionis Stephanicæ, quæ plane corrupta ac depravata est, ut plerumque editiones Genevenses, sed Argentoratensis &c.*

Interpretatio Psalm. *Bugenhagii Coccejo* valde probatur. *Thom. Crenius* Exerc. III. de libris Scriptorum optimis p. 9. Item D. *Calovio* Tom I. Bibl. illustrat. pag. 931. Conf. Person. Samuel. pag. 90.

Wenn D. *Bangius* in Cœlo Orientis pag. 204. Exerc. II. die Erklärung D. Bugenhagens über die Psalmen anführet / so nennt er ihn deformati quondam cœtus nostratis, qui Sponso illustrissimo Servatori Christo Sponsa sine macula sisti debuit, cordatum reformatorem & fidum reductorem à deviis ad tutum ovile.

In dem zu Wittemberg Ao. 1613. gedruckten Bericht vom Christl. Abschiede D. Lutheri in 4t. wird er p. 219. unter die rechten reinen / guten und zum Himmelreiche gelehrten Prediger gezehlet.

D. Joh.

In D. *Johann Micralii* Antwort-Schreiben auf des Herrn Grafen Truchseß von Wetzhausen Send-Schreiben pag. ult. wird Bugenhagens untadeliches Leben und Wandel einem jeden zum Fürbilde vorgestellet.

Joh. Oecolampadius præfat. in Jeſaiam pag. 12. meldet dieses zu Lobe seines erklärten Psalters: Dicitur hoc ipſo anno & *Joh. Bugenhagius*, Pomeranus, Wittebergæ in eodem ſtudio cucurriſſe, hunc inquam Prophetam (*Jeſaiam*) prælegiſſe, qui, ſi talem ſe geſſit, id quod mihi polliceor, qualem in enarratione vel Pſalmorum, vel Epiſtolarum, Deuteronomii & aliorum ſacrorum librorum, fatebor ingenuè, ſupervacaneam meam lucubrationem. Et certè illius donis non invideo, usque adeò; ut lucrum cenſeam, à multis talibus vinci. Wenn der vorgedachte gelehrte *Crenius* in seinen Analectis Philologico-Critico-Hiſtoricis p. 135. dieses Lobs erwehnet / so setzt er nicht unbillig hinzu: Hæc ſi juventus imprudens noſtra docta eſſet, & ipſi cognitio librorum & ſcriptorum accuratior ſuppeteret, eruditius haberemus ſeculum. At quoniam Veterum Scripta ſpeciem non præ ſe ferunt, nec à docentibus commendantur, jacent & contemnuntur, velut theſaurus abſconditus.

Ich geschweige des Pomerani, Crucigeri, Forſteri, Winſemii und der andern Wunder-Leute/ die so mit mancherley und ungleichen Gaben fürtrefflich und berühmt gewesen sind / daß man nicht weiß/ welcher unter ihnen für den fürnehmsten zu halten sey. D. Sigfried Sack / in Leichpredigten p. 134. Edit. Magdeb. 1592. in 4t.

HENRICUS BULLINGER wird zwar von *Joh. Henr. Heidegger* in seinem Enchirid. Bibl. pag. 441. unter die Commentatores gezehlet / er hat aber nur den 1. 2. 4. 5. 8. 14. 18. 22. 44. 45. 116. 127. 130. 133. und 138sten Psalmen geschrieben. vid. *Hendreich.* l. c. p. 786. Wie denn auch sonst der berühmte *Crenius* in diesem Enchiridio sehr viel Fehler angemercket Animadv. P. II. p. 101. seq. und p. 105. zeigt er / wie viel Kern-Commentatores er über die Psalmen ausgelassen hat.

So führet auch *Lipenius* in Biblioth. Theolog. P. II. p. 583. den Venetianer ANGELUM BOUNRICCIUM, Congreg. S. Salvatoris als einen Commentatorem über die Psalmen an. Er hat aber nur über den ersten Psalm in Welscher Sprache geschrieben / Venet. 1584. in 4t. Conf. Hendreich l. c. p. 791.

Noch obscurer ist *Joh. Car. Poëtii* citatum in Biblioth. portat. p. 77. allwo bloß dieses einige Wort stehet: BUTTINGERI MS. darüber ich einem jedweden seine Gedancken lasse / wen er wol damit gemeinet / und wo das allegirte MSC. zu finden? oder ob es / wie vermuthe / Bullinger heissen soll?

VICTORINUS BYTHNERUS, (Polonus, munere autem Anglus, nam Oxoniæ olim in æde Christi, Linguæ Ebr. prælector fuit) hat Lyram Propheticam Davidis Regis sive Analysin Critico-Practicam Psalmorum geschrieben. Meine Edition ist zu Zürch ao. 1664. in 8. gedruckt worden. Was er in diesem Wercke præstiret / wil mit des Autoris eigenen Worten entwerffen: Omnes & singulæ voces

ces Hebrææ in Psalterio contentæ, tam Propriæ quam Appellativæ (nulla exceptâ) ad Regulas Artis revocantur: earumque significationes genuinæ explicantur: Elegantiæ linguæ propriè evolvuntur. Insuper Harmonia *Hebræi* textus cum Paraphrasi *Chaldæa*, & Versione *Græca*, LXXII. Interpretum, in locis sententiis discrepantibus, fideliter confertur. Cui ad calcem addita est *Brevis Institutio Linguæ Hebrææ & Chaldææ.* Opus novum, nec ante in tali forma tentatum. Von seiner Person/Schrifften und Editionibus vide *Mart. Kempii* Biblioth. Angl. pag. 75. *Hendreich.* l. c. p. 587.

THOMAS CAJETANUS hat auch einen Commentarium über die Psalmen verfertiget/ ad Clementem VII. Pontif. Lib. I. der zu unterschiedlichen mahlen zu Pariß gedruckt worden. *Melchior Canus*, Episcopus Canariensis Lib. VII. Loc. Theol. p. 223. seq. ist mit seinen Auslegungen der Schrifft gar nicht zufrieden. Ego virum hunc, schreibt er daselbst/ ut sæpè aliàs testatus sum, semper feci maximi. Plurimùm enim Ecclesiam Christi suis literis juvit. Longum est autem, hominis commendare sive Eruditionem sive ingenium, molestum etiam, universa ipsius opera commemorare. Illud breviter dici potest. Cajetanum summis ædificatoribus ecclesiæ parem esse potuisse, nisi quibusdam erroribus doctrinam suam quasi cujusdam lepræ admixtione fœdâsset, & vel curiositatis libidine affectus, vel certè ingenii dexteritate confisus, literas demum sacras suo arbitratu exposuisset, felicissimè quidem ferè, sed in paucis qui-

busdam locis, acutius ſanè multò, quam felicius. Nam & vetuſtæ traditionis parum tenax, & in ſanctorum lectione parum quoque verſatus, libri ſignati myſteria ab his noluit diſcere, qui non ſuo ſenſu illa, ſed majorum traditione, vera ſcilicet verbi Dei clave, aperuerunt. Ita quum plurima ſcripſiſſet egregiè, vertit ad extremum omnia, & novis quibusdam ſcripturæ expoſitionibus aliorum, quæ vel graviſſimè dixerat, aut elevavit, aut imminuit certè auctoritatem. Invitus quidem facio, ut doctiſſimum virum nomine etiam expreſſo reprehendam, ſed cum nominis ac gloriæ celebritas hoc loco à Lutheranis objiceretur, notandam temeritatem putavi, atque error, in quem incidit, eſt ejusmodi, ut, cum ego ſubmovere omni ratione debeam, nec ſine ſummi tamen viri aperta reprehenſione poſſim. In initio ſiquidem commentariorum in Geneſim, ſi quando, inquit, occurrerit novus ſenſus textui conſonus, quamvis à torrente doctorum ſacrorum alienus, æquum ſe præbeat lector cenſorem. Et paulo poſt nullus, ait, deteſtetur novum ſacræ ſcripturæ ſenſum, ex hoc quod diſſonat à priſcis doctoribus: non enim alligavit Deus expoſitionem ſcripturarum ſacrarum priſcorum doctorum ſenſibus, ſed ſcripturæ ipſi integræ ſub catholicæ Eccleſiæ cenſura. Alioqui ſpes nobis & poſteris tolleretur exponendi ſcripturam ſacram, niſi transferendo, ut ajunt, de libro inquinternum. Hactenus ille. Ac revera ſequi majores noſtros per omnia, & in illorum veſtigiis nos quoque pedes noſtros figere, ut pueri faciunt per lu-

lusum, nihil videtur esse aliud, quam ingenia nostra damnare, judicio nos privare nostro & facultate inquirendæ veritatis. Sequamur veteres, bene habet, sed ut duces, non ut dominos. Non enim fidei nostræ dominaturi sunt, nec illis ita debemus addicti & mancipati esse, ut sacris literis exponendis nullum habeamus arbitrium. Hoc scilicet argumento *Cajetanus* moveri potuit, ut quintæ conclusioni adversaretur. Nam *Lutherus* crassioribus conjecturis commoveri solet. In prologo siquidem assertionis suorum articulorum, patrum auctoritate dicit neminem esse cogendum, quod in omnium scriptis multi inveniantur errores, sæpè sibi ipsis pugnent, sæpè invicem dissentiant, & scripturas torqueant. Leges autem interpretandi verbi Dei nullas patitur. Quod verbum Dei non debeat esse alligatum, sed liberum. Quodque ejusdem sit leges condere & interpretari. Quare homines legum quidem humanarum certos interpretes esse posse, divinarum autem nullo modo. Hanc eandem sententiam tenuit *Wicleffus* apud *Thomam Walden.* lib. doct. fi. antidoctrin. 3. Eandem quoque *Petrus Abailardus* tenuit in ipso statim suarum disputationum exordio: ut autor est Divus *Bernardus* in epistola ad Innocen. numero 190. Ecclesiasticorum doctorum, inquit *Bernardus*, unam omnium de hac re Petrus Abailardus dicit esse sententiam, & ipsam ponit ac spernit, & gloriatur se habere meliorem, non veritus contra præceptum sapientis trangredi terminos antiquos, quos posuerint patres nostri. In eadem etiam erroris navi fuêre Arrius, Nestorius, Eutyches

ches, Dioſcorus, ut ſeptima ſynodo actio. I. Anathematiſmo 7. Baſilius ipſe fatetur. De Arrio certè ejusque diſcipulis habeo teſtem Alexandrum Alexandriæ epiſcopum libr. I. hiſtor. trip. cap. 14. Neſtorius autem dum eloquens fuiſſet, & ſe putaret doctum, libris antiquorum interpretum dedignabatur incumbere, omnibusque ſe meliorem putabat eſſe, ut lib. XII. hiſt. trip. cap. 4. refertur. Eadem etiam via ingreſſus eſt PaulusSamoſatenus, Euſebio autore lib. VII. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 26. Severiani quoque eadem via ingreſſi ſunt, ut idem Euſeb. Libr. Eccleſiaſt. Hiſtor. Cap. 29. teſtatur. Quid verò Vincentius Lirinen. adverſus prophanas novationes de *Origene* referat, non pigebit adſcribere, ut vel hoc uno exemplo viri pii ſacris literis exponendis diſcant eſſe modeſti. Cum igitur is autor Origenis ingenium, eruditionem, eloquentiam, virtutesque alias admirabiles extuliſſet: Hic idem, ait, tantus ac talis, dum gratia Dei inſolentius abutitur, dum ingenio ſuo nimium indulget, ſibique ſatis credit, cum parvi pendit antiquam Chriſtianæ religionis ſimplicitatem, dum ſe plus cunctis ſapere præſumit, dum eccleſiaſticas traditiones & veterum magiſteria contemnens, quædam ſcripturarum capitula novo more interpretatur, meruit, ut de ſe quoque diceretur: Si ſurrexerit in medio tui propheta, & cæt. Deut. 13. Hæreticorum itaque & ſchismaticorum communis fuiſſe videtur Cajetani illa ſententia. Nec ego hic tamen hæreticos volo argumentando revincere, verſus Cajetanum omnis oratio ſuſcipitur à nobis, qui ut erat ingenioſus, noſtras rationes expenderet:

deret: utque erat pius, auditis graviſſimis teſtimoniis minimè refragaretur. Atque nobis unum ſat erat, ita nobis majores noſtros tradidiſſe. Sed Cajetanus autoritatem contemnit, ratione pugnat: patietur igitur rationes meas cum ſua ratione contendere. Quamquam à Philoſophis quidem rationem philoſophicæ concluſionis jure forſitan poſtularis, in ſacrarum autem literarum intelligentia majoribus noſtris debes, nulla etiam ratione habita, credere, & quas ſententias de lege, de fide, deque religione ab illis accepiſti, defendere. Ego verò eas defendam, ſemperque defendi. Nec me ex eo ſenſu, quem à patribus accepi, ullius unquam ratio, aut docti, aut indocti movebit. Ich glaube / der geneigte Leſer hat dieſes abſurde Præjudicium mit eben der Ungedult geleſen / als ich es excerpiret habe. Andre ſind aber aus andren Urſachen mit Cajetano nicht zufrieden / wie folgende Zeugnüſſe bekräfftigen.

Cependant ſa traduction, principalement celle, qu'il a faite des Pſeaumes, n'eſt pas tout-a-fait dans cette rigueur de Grammaire, ni ſi barbare, que les Verſions de Malvenda & d'Arias Montanus, & bien qu'il n'eût aucune connoiſſance de la langue Hebraique, il ne laiſſe pas d'en parler beaucoup mieux que pluſieurs traducteurs de la Bible, qui ne l'ont ſçeu que mediocrement. *Rich. Simon* Hiſt. Crit. du V. T. Liv. II. Welches Herr *Kortum* in ſeinem Vorbericht über den Hiob p. 7. alſo exprimiret: Weil dieſer Cardinal die Meinung hatte: Die Worte allein / welche in dem Grund-

Texte stünden/ wären θεόπνευστα, denen man weder was abnehmen noch zuthun dürffte; musten die zwey Juden / durch welche er die Ubersetzung verrichten ließ/ alles schlechthin nach den einzeln Wörtern ins Latein bringen/ob gleich offtmals kein Verstand darinn zu sehen war. (Vid. Rich. Simonii Hist. Crit. L. II. p. 113.) Es sagen aber gelehrte Catholiquen selbst/ daß seine Ubersetzung der Kirchen nichts nütze sey: Si enim non vis intelligi &c. Es scheinet / als ob **Reußner** / der die Psalmen ins Teutsche übersetzet hat / eben dieses Principium *Cajetani* gehabt. Denn er die Worte allzusehr nach dem Hebräischen zwinget / und ihnen dadurch ihre Lieblichkeit (worinn sich hingegen *Lutheri* Version wohl recommendiret) guten theils benimmt. Ja man würde ihn an den meisten Orten nicht verstehen / wenn er nicht die Parallel-Sprüche loco exegeseos mit hinzu gesetzet. Ein Irrthum ists/ wenn man meinet / darinnen bestehe die Majestät einer Rede / wenn sie obscur und finster ist / woraus man gleich grosse Geheimnüsse muthmasset. Die Mysteria sind nicht so wohl in der Worte Danckelheit/ als vielmehr in der Sachen Hoheit zu suchen; sonst dürffte man nur den Leuten Hebräisch vorlesen. Hieher gehöret 1. Cor. XIV. 9. 16. 19. 23.

Wir wollen aber Cajetanum von seiner eignen Arbeit selber reden hören / daraus wir sehen können/daß ihm Herr Kortum mit jetzt angeführten Judicio nicht unrecht gethan. Divinorum Psalmorum librum (schreibt er im Anfange seines Commentarii citante *Jac. le Long* in Biblioth. S. pag. 720.) juxta

lite-

literalem ſenſum cum incepiſſem exponere, comperi, nullum apud nos haberi textum talem, qualis eſt in ſua origine, lingua ſcilicet Hebræa. Et propterea aſſumta illa, quæ nomine beati Hieronymi circumfertur, interpretatione juxta Hebraicam veritatem, & collata cum ea, quæ circumfertur nomine 70. Interpretum, & cum quatuor aliis modernis interpretationibus ex Hebræo immediatè, adhibui duos linguam Hebraicam ſcientes (alterum Hebræum magiſtrum linguæ illius, alterum Chriſtianum) cum pluribus vocabulariis linguæ illius: & coram me (exigente ſignificationes dictionum Hebræarum in lingua noſtra Latina vel vulgari, & eligente ſignificationem, quæ magis quadrare contextui viſa eſt) feci per ſingula verba vocatam beati Hieronymi interpretationem reduci ad reſpondendum Hebræo textui de verbo ad verbum. Et ſic conflata eſt nova iſthæc interpretatio Pſalmorum de verbo ad verbum conſonans textui Hebræo; quam exponere ſtatui ſecundum ſenſum tantummodo literalem. Fuit autem tanti laboris neceſſitas, quia niſi textus adſit talis, qualis eſt in ſua origine, jam non textus, exponitur niſi divinando: ſed exponitur textus ut intellectus eſt ab illo Interprete. Teſtor ego, quod inter hos labores dicebatur mihi ab interpretibus: Dictio Hebraica ſonat hoc, ſed non apparet ſenſus, niſi mutetur in hoc alterum. Reſpondebam ego auditis omnibus ſignificationibus: Non ſit vobis curæ, ſi ſenſus non apparet: quia non eſt veſtri officii exponere, ſed interpretari; interpretamini mihi ſicut jacet & re-

linquatis expositoribus curam intelligendi; traducite textum, ut jacet in Hebræo, & communem relinquatis nobis & Hebræis intelligendi textum sic obscurum; si ego non intellexero, alius intelliget. Sicque curavi, ut de verbo ad verbum textum haberem Psalterii, qualem habent Hebræi; utinam assecutus sim. Hæc *ille*.

De *Cajetano* dicendum, doctissimi & piissimi hujus viri scriptis ab hæretico quopiam inserta esse, quæ favent sententiæ Lutheranæ, schreibt Georg Polach / presbyter Venetus in Commentar. ad Bullam Anni Jubilei pag. 140. (Venet. 1625. in 4t.) ℟. Si accusare sufficit, quis innocens erit? Ist denn die daselbst angefochtene Lehre Cajetani der H. Schrifft nicht allerdings gemäß / daß der Glaube allein gerecht und seelig mache?

Der fleissige *Matthæus Polus* in Præfat. Synops. Critic. S. Script. Vol. II. führet auch den Gottesgelehrten *D. Calov* als einen Commentatorem an: weil er aber nichts in specie über die Psalmen geschrieben/ Polus auch die illustrata Biblia Calovii insonderheit meinet / als wollen wir sein Andencken sparen / biß wir einen Commentarium à part über ein biblisches Buch von ihm finden werden. Jedoch wollen wir jetzo der Ruhm-vollen Worte gedachten Poli nicht vergessen: *Calovius* multa Psalmorum (& aliorum, qui insequuntur, Librorum) loca, à toto ferè orbe Christiano, tum veteri tum novo, de Christo jure merito intellecta, à nonnullis temere in alienum sensum detorta, eruditè solideque vindicat; quæ, quia communi causæ Christia-

næ deesse nec volui nec ausus sum, fideliter hic repræsentare placuit.

JOHANNIS CALVINI, Comment. in Librum Psalmorum, adjecto textu Ebræo è regione interpretationis (Genev. 1578. fol.) ist auch bekandt. In Scaligeranis primis pag. 39. wird seinen Erklärungen ein ziemliches Lob beygeleget: Calvinus *solidus* Theologus & *doctus*, styli sat purgati & elegantioris, quam Theologum deceat. Excellentissimi Theologi duo nostris temporibus, Johannes Calvinus & Petrus Martyr: quorum ille litteras sacras *tractavit ut tractandæ sunt, verè*, inquam, *& purè ac simpliciter sine ullis argutationibus Scholasticis: & DIVINO vir præditus INGENIO* multa divinavit, quæ non nisi à linguæ Hebraicæ peritissimis (cujusmodi tamen ipse non erat) divinari possunt.

Fuit ei ingenium vivacissimum, judicium subactissimum, memoria tenacissima, eloquentia docta, rerumque & sententiarum pondere tonans. Unde Melanchthon de eo: Nullius hoc tempore oratio in disputando vel nervosior fuit, vel splendidior. Eloquentia ipse sua enervat nostros, terret Adversarios, & sanabiles juvat. Præter divinum *Institutionum* opus, plurimos tum V. tum N. T. libros eruditissimis Commentariis explicuit, aliaque ingenii sui monumenta edidit, è quibus facilè patet, quicquid in ejus cineres convitiorum congeritur, nil nisi pravæ loliginis nigrum succum esse. *Hofmann.* in Lexic. sub nomine *Calvini.*

Autor sum, ut *institutiones Calvini* diligenter evolvas

volvas. Plures dari ſcio magni nominis Theologos, ſed ille tibi ſit inſtar omnium. Quis tamen eo doctius, & ſolidius ſcripſit? Quis acrius veritatem tuetur, validius errores & hæreſes profligat, confodit, jugulat? controverſias tractat eruditius? Quis Sophiſtarum ſtrophas ſubtilius detegit, eludit, elevat? Nemo. Unde & à doctis cenſetur indoctus, qui Calvinum non legit, indoctior, qui lectum contemnit, indoctiſſimus, cui non ſapit. Jac. Crucii Epiſt. ad Juſt. Trotium. Wer ſiehet aber nicht Sonnen-klar/ was dieſes vor partium ſtudia ſeyn?

Daß er aber in ſeinen Erklärungen über die Pſalmen öffters des rechten Wegs verfehlet/ hat nebſt andern erinnert D. Jac. Weller in Anti-Maſſonio p. 380. ſeq. War alſo nicht recht/ daß jener Frantzoß zu Genev/ wie *Zanchius* Epiſt. nuncup. Miſcell. b. 3. b. erzehlet/ geſagt hat: Wenn Paulus und Calvinus in einer Stunde predigen ſolten/ ſo wolte er Paulum verlaſſen/ und Calvinum hören. Conf. *Joh. Boys* Stern und Kern pag. 574. Hiſtorie der erſten Religions-Motuum p. 13.

Groſſen Fleiß hat Calvinus an dem Pſalter bewieſen/ und iſt der Hebräiſchen Sprache kundig geweſen. Aber darinn iſt er nicht zu loben/ daß er ſo viel herrliche Pſalmen/ ſo gewißlich von dem geiſtlichen Reiche Chriſti weiſſagen/ welches aus dem neuen Teſtament klar iſt zu beweiſen/ ſehr verdunckelt/ indem er ſie nach der ungläubigen Jüden Deutung nur auf die Schöpffung und Regierung der Welt zeucht und erkläret. Den 22. Pſalm/ der eigentlich

lich und allein von Christo weissaget / deutet er erstlich auf Daviden / der in solcher hohen Noth gesteckt / daß er hat verzweiffeln wollen / so doch Davids Hände nicht seyn durchgraben / noch um sein Gewand das Loß geworffen worden. Darnach spricht er: David sey ein Fürbild Christi gewesen / so doch der H. Geist in den Psalmen eigentlich von der Creutzigung Christi weissaget. Darum muß man die Auslegung Calvini mit grosser Fürsichtigkeit lesen / und acht darauf geben / ob alles dem Glauben ähnlich sey. *D. Heshusius* über *D. Mörlini* Auslegungen der Psalmen in der Vorrede.

In Iconibus *Theod. Beza* heist es von ihm und seinen Schrifften: Quod iis nihil in sacris explicandis neque judiciosius, neque enucleatius à quoquam verbi divini interprete adhuc scriptũ fuerit, verè pii doctique omnes agnoscunt. Conf. L. Joh. Gottlob Stoltz im Recht der Evangelischen Fürsten pag. 7.

Mirentur forsam nonnulli, in Autorum catalogo non comparere *Johannem Calvinum*, Interpretem, vel adversariorum judicio, acutum, doctum, & solidum. Sunt, qui hoc mihi vitio vertent, & dicam mihi scribent injuriæ tanto nomini illatæ: alii gratulabuntur, quod illum præterierim, quem cane pejus & angue oderint. Hoc ergo utrique sciant velim, me nec ut quorumvis gratiam captarem, quenquam huic Operi Scritorem inseruisse, nec ut aliorum odium vitarem quenquam declinasse: sed judicium meum, quale quale sit, ab omni partium studio, quam maxime

potui,

potui, defæcatum adhibuisse. Calvinum quod spectat; 1. Ex eo nonnulla, ubi opus fuerat, subindè delibavi; alia deinceps in progressu Operis ex eodem decerpturus, si quando alii Interpretes defecerint, vel usus postulaverit. 2. Calvini Commentaria non tam Critica sunt, (qualia inprimis respicit præsens institutum, quam Practica; nec tam verba & phrases enucleant, (in quibus præcipuè versatur Synopsis) quam materias Theologicas solidè tractant & ad praxin accommodant. 3. Ex Calvino pleraque decerpserunt, qui post eum scripserunt, ejusque interpretationibus libros suos ornant, etiam qui Autorem & Magistrum suum convitiis incessunt; ut facile esset designatis nominibus ostendere. Hi ergò ipsius inventa nonnullis additamentis suis interpolarunt, &, quod non difficile erat, in meliorem atque accuratiorem formam effinxerunt. Ex iis igitur multa decerpens Calvinum nequaquam prætermitto, sed ipsum, & quidem aliorum auctariis amplificatum atque illustratum, ubivis produco. 4. Calvinum fere omnes in manibus & bibliothecis habent; ipsum adibunt, qui nomini illi favent, eumque cum Criticis forsan Interpretibus in Lectione conjungent. Illi verò, quibus displicet Calvinus, libertate suâ uti possunt, eumque, si velint, præterire. Ita neutri mihi irasci debent. Qui enim eum absentem vellent, ejus præsentia non multùm gravabuntur; qui verò præsentem mallent, meminerint, *dulcius ex ipso fonte* &c. neque me velle Calvinum cujuslibet manibus excutere. *Polus* l. c. Vol. I. p. m. 3.

Clau-

Claudius de Sainctes, Theologus Parisiensis (de quo vid. *Thuan.* ad A. 1591. L. 101.) graviter subinde incusat *Bezam* Responſ. ad Apologiam pag. 3. quod *Calvinum* non tantum ipsis Apoſtolis adæquârit, ſed in cœnæ intelligentia prætulerit, eumque Apoſtolicis viris omnibus, qui unquam vixerunt, & in ſcripturarum cognitione atque interpretatione & Chriſtianæ religionis veritate tantum anteposuerit, ut unicum illum nusquam lapſum, alios autem ut umbras volitaſſe & oberraſſe definierit. Vid. *Francisci Wörgeri* Conciliatio Marci & Johannis Evang.

Idem *Sainctes* ibidem pag. 12. & 16. ex intervallo ad Bezam reverſus ita pergit: Tu illum ſplendidiſſimum mundi lumen nominas, verum Dei Prophetam, os Domini, ejusdemque excellentiſſimum ac maximè ſingulare organon, cui aſſiduum præſensque momentis omnibus adfuerit Sp. S. numen.

Et pag. 13. Tu illius ſcripta tanti æſtimas, ut ſine nævis purgata defendas, ut præ his omnium antiquorum ac recentium doctorum commentaria negligenda cenſeas, ut ſine his ad Sacrarum literarum certam cognitionem nemo perveniat &c. quibus tibi immoriendum, ac ne latum quidem unguem recedendum. Conf. pag. 16. 17.

Calvinus non eſt regula interpretandæ Scripturæ Sacræ, ut non liceat ab ejus ſententia diſcedere, ſchreibt hingegen ſein eigner Glaubens-Genoſſe *Daniel Chamier* in Corp. Theolog. Libr. V. Cap. 15. p. 227.

Anony-

Anonymus quidam in Hiſtoria Calviniſmi contra *Maimburg.* cap. 17. ſingulare eſſe ait & imperitiæ adſcribendum, quod Maimburgius Calvino Lutherum quoad eruditionem præferat; fuiſſe utrique ſua dona, ſed Lutherum omnium conſenſu in Commentationibus S. Scripturæ à Calvino vinci, & hunc ad miraculum literatum fuiſſe. *Act. Erudit.* Ao. 1683. p. 525.

Cum Jeſuita *Maimburg* in Hiſtoria Calviniſmi Johannis Calvini Noviodunenſis vitam deſcribit, *Luthero* doctrina inferiorem eum fuiſſe aſſerit, ſtylo elegantiorem. Dogmata prope omnia, præterquam de S. Euchariſtia, ex Luthero hauſiſſe. Utrumque multum debere *Waldo*, *Wiclefo*, *Huſſo*. Peccaſſe Calvinum gravius & imprudentius in eo, quod religioni *omnem ornatum, ſuccum, & unctionem*, ut loquitur, detraxerit & eam in ſceleti formam redegerit; rejectis omnibus, quæ per ſenſus recepta, mentem hominum à viſibilibus ad Deum inviſibilem elevare poſſunt; Idque jam ipſos Calvinianos factum nolle. Ibidem Ao. 1683. p. 90. Reſpondet nimis frigidè *Anonymus* ibidem p. 98. Lutherum Calvino ideo præferri a Maimburgio, ait, quia in Gallia verſatur; aliter facturo, ſi inter Lutheranos in Germania viveret, tunc enim inventurum, quo Calvinismum emolliret.

Profundi judicii & ſubactæ eruditionis Theologus, *Johann Calvinus*, qui cum nimium patienter omnes veterum allegorias, conjecturas & rhetoricationes tanquam vir bonus exemplo Platonis non admiratur, aut promiſcuè recipit, ſed tanquam

quam Theologus & verus Interpres in Scripturarum trutinâ expendit, plauſtrum illico nonnullis percuſſiſſe videtur. Præterquam quod nonnulli, quia à ſuo ingenio paria cum Calvino ſperare non poſſint, ab illo exſpectare nolint. *Gisb. Voëtius* P.II. Diſp.Select. p. 209.

Mein geliebter Freund und Gönner/ *Thom. Crenius*, meldet in P. XI. Animadv. pag. 135. daß Calvini Symbolum geweſen: *Usque quo Domine?* Pſ. VI. 4. P. XII. aber pag. 210. ſeq. vermuthet er/ Calvinus habe ſich deſſelben erſt gegen das Ende ſeines Lebens bedienet/ vorhero aber dieſen Wahl-Spruch gehabt: *Promte & ſincere*, auctore *Alexandro Moro* in Calvino pag. 26. 61. *Idem Morus* l.c. pag. 13. laudaturus Calvinum rationemque adlaturus, cur idem in Apocalypſin, ſicut ceteros libros in Biblicos, non commentatus fuerit, his verbis utitur: *Quem mihi dabis ex univerſo Patrum choro, qui tam religiosâ fide, tam æquabili gravitate, tam facili venâ, tam integrô candore, tam caſtô ſpiritu, procul ab omni fuco, procul ab omni ſtudio, cujus tamen cauſas procul non habuit, Scripturarum libros omnes à primo ad ſummum elucidaverit? Ad ſummum dico, nec Apocalypſin excipio, quam non attigit, quia non attingendo pulcherrimum in eam commentarium dedit.* Sed ut taceam, omnes in libros ſcripturæ ſacræ *Calvinum* non ſcripſiſſe, v. g. in Ruth, IIdum Regum, utrumque Chronicorum, Ezræ, Nehemiæ & Eſtheræ; juvat hac de re adſcribere judicium *Nicolai Colladonis*, Biturigis, ſacrarum litterarum olim Profeſ-

ſoris in ſchola Lauſannenſi à *Dav. Pareo*, Tom. ult. Operum Exegeticor. p. m. 627. b. ſ. commendati, quod habet in Methodo Apocalypſeos, p. m. 41. edita Morgiis in 8. annô MDLXXXIIII. *Boni quidam viri, iidemque eruditionis & doctrinæ eximiæ, approbant primùm quaſi à Calvino, deinde ut non minus urbane, quam prudenter dictum (neſcio ex quorum hominum relatu) de hoc Apocalypſeos libro & ejus ſcriptore, ſe penitus ignorare, quid velit tam obſcurus ſcriptor, qui quis, qualisque fuerit, nondum conſtet inter eruditos. Ego verò optimè quidem certè memini, & recordor, cum aliquoties in eum Calvinus incidiſſet ſermonem, mentio (inquam) fieret Apocalypſeos apud eum à quibusdam familiaribus, me quoque præſente, longè aliam fuiſſe ejus ſententiam de ſanctiſſimo hoc libro, quam fortaſſis eô nunc mortuô aliqui in aliorum aures inſuſurrent. Non nego, rogatum nonnunquam â fratribus quibusdam, ut Apocalypſin publicè exponeret, vel in ſchola apud literatos, vel in templo toti Eccleſiæ, reſpondiſſe, nec dum à ſe totam intelligi: quemadmodum & hac de cauſa, cum in ſacris concionibus enarraret Ezechielis librum, poſtrema quædam capita reliquit intacta. Ego verò non dubito, quin, ſi vel majore otiô abundâſſet (homo minimè quidem πολυπραγμονεῖν ſolitus, ſed in Eccleſiæ & ſacri miniſterii negotiis totus ſemper occupatiſſimus) vel ei ad hunc usque diem vivere datum eſſet, quamvis valde afflictâ valetudine: non dubito, inquam, quin haberemus eximii illius ſervi Dei in Apocalypſin, & in totum Ezechielem, aliosque nonnullos ſcripturæ libros, utiliſſimas lucubrationes*

nes. Certô quidem certius est illud, & pie & reverenter de hoc libro sensisse ipsum, cujus & præclara testimonia citare solitus est tum in Institutione Christianæ religionis, tum in aliis quoque quibusdam scriptis suis. Si Scaligerianis Lugduni Batav. M.DCLXIIX. in 8. editis, p.m. 11. credimus, *quidquid ante quadraginta annos scriptum est in Apocalypsin*, tout cela ne vaut rien. *In Apocalypsi sunt tantum duo capita, quæ possunt intelligi, sunt valde aperta, nec potest eorum expositio negari. Calvinus sapit, quod in Apocalypsim non scripsit.* Idem *Crenius* ibid. P. XV. pag. 110.

In den *Monsieur de Vigneul-Marville* Melanges d'Histoire & de literature wird pag. 183. erzehlet: Daß/wie die Königin von Engelland Henriette aus Franckreich nach Londen kam/ und ihr der König/ ihr Gemahl/ sein kostbares Cabinet wiese/ zeigte er ihr auch ein trefflich Contrefait des Calvini, welches Vandek gemahlet/ worauf Calvinus mit der Hand die Feder über ein Buch hielte/ und die Augen gen Himmel gerichtet hatte. Dieses betrachtete die Königin eine lange Weile stillschweigend/ und wie der König um die Ursache desselben fragte/ gab sie zur Antwort: Monsieur (denn die Königin nennt den König nicht Sire) ich dencke/ es sey nicht zu wundern/ wenn Calvinus nichts nutzes geschrieben hat/ weil er niemals zusiehet/ was er schreibet. Vid. *Eccardi* Monathl. Auszug Ao. 1700. p. 26. Ao. 1701. pag. 68.

JOANNES CAMPENSIS, Transiselanus, lin-

guæ ſanctæ in Trilingui gymnaſio Buſſidiano Lo-
vanii Profeſſor, cum totos annos ſex linguæ illi di-
ſcendæ, ac totidem docendæ impendiſſet; ut co-
gnoſceret, eſſetne ars aliqua in punctis, quibus vo-
calium loco uti ſolent Hebræi, in Germaniam
conceſſit: hæſitque ibidem annum integrum, to-
tus huic rei intentus. Lovanium reverſus, ad pri-
ſtinum docendi munus rediit. Nec multò poſt à
Leone X. Pontif. Max. Romam evocatur: & opi-
mo auctus ſacerdotio, dum in patriam cogitat, Fri-
burgi Briſgoiæ peſte corripitur ac moritur. Scri-
pſit

Grammaticam Hebraicam, ex variis libellis *Eliæ Levitæ* Grammaticorum principis collectam. Lovanii, typis Theodorici Martini, 1528. 4t. & Pariſ. 1535. 8.

Paraphraſin in omnes Pſalmos. Item

In Eccleſiaſten: utramque ex Hebraica veritate. Lugduni apud Gryphium, 1534. Antverp. 1535. itemque Argentinæ, Baſileæ, & alibi. Utraque quoque Gallicè ac Germanicè reddita legitur. *Valerius Andreæ* in Biblioth. Belg. p. 466. ſeq. *Anton. Poſſevin.* Appar. S. Tom. I. p. 831.

Cujus paraphraſin tanti æſtimavit *B. Geierus*, ut eam ſæpiſſimè & ferè nunquam niſi honorificè citaret in Comment. in Pſalm. M. Chriſtoph Sonntag in Horolog. peſtis nuntio p. 211. conf. König Biblioth. p. 159.

Bartoloccius P. III. Bibl. Rabb. p. 44. zehlet ihn unter diejenigen / qui ex latinis de re Grammatica Hebræorum præclarè ſcripſerunt. conf. *Imbonatum* in Bibl. Rabb. Hebr. p. 94.

Pſal-

Psalmorum omnium juxta hebraicam veritatem paraphrastica interpretatio, autore *Johanne Campensi*, publico, cum nasceretur & absolveretur, Lovanii Hebraicarum literarum professore, *Johanni Dantisco* Episcopo Culmensi dedicata. Noriberg. 1532. in 12. Auf dem ersten Blatte meines Exemplars stehet: *Sigismundi Pendor*, Veneti, Oriundi Germani, sacerdotis indigni, Munus Rev. Dom. Joh. Dantisci, Episc. Culmensis, Seren. Poloniæ Regis apud Cæsarem oratoris, hospitis mei. In der Dedication meldet er / daß Clemens VII. vor der nachfolgenden Eroberung der Stadt Rom die Anstalt gemacht / daß 6. Juden und 6. Christen die Arbeit / so Joh. Campensis allein præstiret / über sich nehmen solten. Am remarquabelsten ist / daß er schreibt: De me hoc dicere possum, quod nullis commentariis in hunc Psalmorum librum (puto enim, me omnes propemodum legisse, qui aliquomodo in precio fuerint) tantùm adjutus fuerim, quantum exigua, imò propemodum nulla Sacrosanctæ hujus linguæ notitia. In folgenden meldet er von *Dantisco*, quod totius Europæ fermè omnes linguas noverit.

PETRUS CANTOR (dessen wir in dem Hiob P. II. pag. 103. allbereit gedacht) hat gleichfalls seinen Fleiß auf die Erklärung der Psalmen gewendet. *Sixtus Senensis* l. c. p. 287. bezeuget / er habe in Bibliotheca Prædicatorum Lugdunensi ein Buch gesehen / welches er über die Psalmen geschrieben / und also angefangen: Flebat Johannes, quia non erat, qui librum aperiret. Noch eines an-

 dern

dern MSC. in Psalterium gedencket *Carolus de Visch* in Biblioth. Script. Ord. Cisterciens. p. 263. item p. 264. Conf. *Anton. Possevini* Apparat. S. Tom. II. p. 245. *Bernardus* in Catalogo MSC. Angliæ P. II. p. 49. n. 1516. erwehnet auch seines Manuscripti: Gerson (ut vocatur) sed revera *Petrus Cantor*, super Psalterium, ut in nota neoterica manu præmissa probatur Fol. membr.

(e) *Nempe* Imp. Ferdinando Secundo. *& quidem A. 1632. ut testatur propriá manu V. CL.* Sebastianus Tengnagelius, *tunc temporis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Præfectus, fol. 124. antiqui istius Codicis MSti qui* tertius, *fuit illorum* quinque *Codicum, quorum hic fit mentio.*

(f) *Imò non in* Collegium *tantum Vindobonense, sed & Vindobonâ* Antverpiam; *ut testatur suprá citato loco* Tengnagelius.

(g) *Nempe in* folio. *Horum autem* primus *est, qui nunc inter Codices MStos Theologicos Græcos est* decimus.

(h) Secundum *hunc illorum* quinque *Codicum MStorum, qui ultra* quinquagesimum *Psalmum non pertigit, summá quidem diligentiá in* Augustissimâ Bibliothecâ *Cæsareá hactenus quæsivi, sed nusquam reperi. Quamobrem valdè vereor, ne is remanserit* Antverpiæ.

Cæsareo addere placuit hactenus quidem incognitum; nisi quòd dum ante mensem Romam veniens, Vaticanam Pontificis ac Quirinalem Eminentissimi Francisci Cardinalis Barbarini Bibliothecam perlustro, & cum manuscriptis pervetustis, quæ in pergameno descripta ibidem servantur, confero, repererim esse THEODORI HERACLEOTÆ, cujus nomine ita erant inscripta: ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ῾ΗΡΑΚΛΕΙ΄ΑΣ ΘΡΑΚΗΣ ῾ΕΡΜΗΝΕΙΑ ᾿ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥ΄Σ. *Denique cum duo* (i) *alii Codices Cæsarei, similiter mutili, in quarto exarati, compendiariam quandam Psalmorum Explicationem continerent, ex utroque Paraphrasin concinnavi.* Hæc *R. P. Corderius* de antiquissimis illis *quinque* Codicibus Manuscriptis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, quibus is ad contexendam *Expositionem Patrum Græcorum in Psalmos* olim usus est.

Undecimus (k) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* pervetustus & optimæ notæ in folio, sed valdè ruinosus. & tam in principio, quam in fine mutilus; constatque nunc *ducentis quadraginta tribus* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli Continetur eo *Commentarius* amplissimus non solum in totum *Psalterium*, verum etiam in (l) *Cantica duo Moysis*,

 quæ

(i) *Nempe qui nunc sunt inter Codices MStos Theologicos Græcos* duodecimus & decimus tertius.

(k) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus octogesimus quintus.

(l) *Commentarium hunc* Theodori Episcopi Heracleensis, *in*

quæ extant Exodi Cap. XV. & Deuteronomii Cap. XXXII. item in *Canticum Hannæ* matris Samuelis Lib. I. Reg. cap. II. in *Canticum Habacuc Prophetæ* Cap. III. in *Canticum Esaiæ Prophetæ* cap. XXVI. v. 9. En νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου &c. in *Canticum Jonæ Prophetæ* cap. II. Ἐβόησα ἐν θλίψει μου &c. &c. *in Canticum trium puerorum*, Prophetiæ Danielis cap. III. in *Canticum Beatissimæ Dei Genetricis Mariæ* Evangelii S. Lucæ cap. I. & in *Canticum Zachariæ*, patris S. Johannis Baptistæ, quod extat eodem capite. Proœmii autem loco præfixa est huic Comentario (m) *Epistola S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum*, cujus principium: Ἀγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ &c. Sed deest ibi prior ejus pars usque adhæc verba: —— σῆς ᾠδὴν γράφει, καὶ ὁ Ἡσαΐας ἄδει &c. Finitâ hâc *S. Athanasii Epistolâ* sequitur ibidem, & quidem folio sexto, alterius cujusdam (n) *anonymi Autoris* Præfatio in Psalterium, cujus initium: Πᾶσα μὲν γραφὴ θεόπνευστος &c. Huic porrò subjunguntur *Eusebii Pamphili*,

in Cantica Sacra Psalterio subjuncta, non edidit R. P. Balthasar Corderius, *separatim uti extat in hoc Codice MSto, sed permiscuit eum* ἀνονύμως *reliquorum Patrum Græcorum* Catenæ *in eadem cantica. Vide Tomum tertium Expositionis Patrum Græcorum in Psalmos, à jam memorato* P. Corderio *editæ, pag. 853. & deinceps usque ad finem.*

(m) *Vide operum* S. Athanasii *editionem Græco latinam Parisiensem Ao. 1627. in fol. Tom. I. pag. 959.*

(n) *In Codice Manuscripto inter Theologicos Græcos* decimo quarto *attribuitur illud Proœmium* S. Basilio Magno.

li, Episcopi Cæsareensis, Præfatiunculæ duæ, quarum prima inscribitur: Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας περὶ &c. altera autem; Υπόθεσις Εὐσεβίου τοῦ παμφίλου εἰς τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ψαλμῶν. Hinc tandem folio septimo incipit ipse *Commentarius in Psalmos* hoc modo: ΒΙΒΛΟΣ ΨΑΛΜΩΝ, ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἈΝΗΡ, ὍΣ ΟΥΚ ἘΠΟΡΕΥΘΗ &c. Μακαριότητος &c. Quamvis autem in hoc Codice Cæsareo propter defectum principii non extet *nomen Autoris*, à quo *Commentarius* ille compositus est, beneficio tamen aliorum Codicum Manuscriptorum *Bibliothecæ Vaticanæ* & *Barberinianæ* animadveritit *Balthasar Corderius*, Autorem ejus esse *Theodorum Heracleæ in Thraciâ Episcopum*, cujus *S. Hieronymus* in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. XC. meminit his verbis: *THEODORUS HERACLEÆ Thraciarum Episcopus, elegantis apertique sermonis, & magis historicæ intelligentiæ, edidit sub CONSTANTIO Principe Commentarios in Matthæum, & in Johannem, & in Apostolum, & in Psalterium.* Hæc *S. Hieronymus.* Ubi obiter notandum est, in Bibliothecâ Ecclesiasticâ *Auberti Miræi* & in *R. P. Antonii Possevini* Apparatu Sacro pro *sub CONSTANTIO Principe* perperam legi *sub CONSTANTINO Principe.* Si quis enim ipsum *S. Hieronymi* suprà citatum Librum inspexerit, primo deprehendet intuitu, *Theodorum Episcopum Heracleensem* ab eo non recenseri inter scriptores Ecclesiasticos, qui claruerunt *sub Imp. Constantino Magno*, sed *Eusebio Pamphili*

&

& *S. Athanasio* Archiepiscopo Alexandrino postpositum, iis annumerari Scriptoribus, qui floruerunt sub *Imp. Constantini Magni filiis*, & quidem præcipuè sub *Constantio*, qui omnium ultimus A.C. 361. obiit. Minùs rectè igitur idem *Theodorus* etiam in *R. P. Philippi Labbei* Bibliothecâ Chronologicâ Scriptorum Ecclesiasticorum collocatur *ante Imp. Constantinum Magnum*, tanquam ad annum Christi 336. pertinens. Corrigendi quoque sunt *Johannes Tritkemius* & *Sixtus Senensis*, quorum alter in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, alter autem Libro quarto Bibliothecæ Sanctæ eundem *Theodorum* refert claruisse *temporibus CONSTANTINI secundi*. Utrobique enim legendum est *temporibus CONSTANTII* secundi, utpote cum *Constantius* Imp. *Constantini Magni filius* respectu avi sui *Constantii Chlori* inter Imperatores Romanos *secundus* sit ejus nominis. Cæterum quod *R. P. Balthasar Corderius* præstantissimo illo Codice Manuscripto, de quo in præsens agitur, ad contexendam *Patrum Græcorum Expositionem in Psalmos* non tantum *Vindobonæ* usus sit, verum etiam aliquam ejus partem clementissimo Gloriosissimi *Imp. Ferdinandi II.* permissu secum abstulerit *Antverpiam*, testatur V. Cl. *Sebastianus Tengnagelius* in fine paginæ *secundæ* folii *centesimi vigesimi quarti* hâc propriæ manûs subscriptione: *Reliqua folia, quæ hinc dempta sunt, R. P. Corderius Soc. JEsu ex mandato S. Cæsareæ Majestatis Antverpiam secum tulit: quæ restituet, ubi descripserit; d. 26. Martii Ao. 1632.*

Duo-

Duodecimus (o) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *quarto*, constatque foliis *trecentis triginta quinque* & *ab Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continetur eo *Catena* sive *Commentarius in Psalterium*. ex variorum Sanctorum Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum Græcorum Operibus collectus, in cujus fine legitur, eum exaratum esse *Constantinopoli* manu Ευςαθίου κληρικοῦ τῆς μεγάλης Εκκλησίας, hoc est, *Eustathii*, (p) *Clerici* (q) *Magnæ Ecclesiæ* sive *Templi S. Sophiæ*. Hic autem est *quartus* illorum (r) *quinque* Codicum Manuscriptorum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, quibus *R. P. Balthasar Corderius* ad contexendam Patrum Græcorum Expositionem in Psalmos olim usus est.

Decimus tertius Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constatque foliis *ducentis novendecim* & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manus inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constan-

(o) *Fuit is olim inter Codices MSC. Theologicos Græcos centesimus* quinquagesimus quartus.

(p) *Vide* Joan Meursii *Glossarium Græco-barbarum in explicatione vocum.*

(q) *Vide* Georgii Codini *Excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis, græcè & latinè cum Animadversionibus meis edita Lutetiæ Parisiorum typis Regiis Ao. 1655. in folio. Extat enim ibi à pag. 64. usque ad pag. 274. peculiaris Libellus* de Structurâ Templi S. Sophiæ.

(r) *Vide suprà ubi agitur de Codice inter Manuscriptos Theologicos Græcos* decimo.

ſtantinopoli. Continetur eo *Pſalterium* à Pſalmi XXXV. v. 3. usque ad finem Pſalmi CXLIX. unà cum anonymi cujusdam Autoris *Commentario marginali.* Deeſt deinde folium unum, quod Pſalmum CL. & principium *Cantici Moſis in Exodo* continuit usque ad verſum ſextum incluſive. Ultimis autem *quatuor* foliis continetur ejusdem Cantici reſidua pars à verſu 7. usque ad finem; ut & *Cantici Moyſis* in *Deuteronomio* pars prior usque ad verſus *decimi quinti* verba, ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, &c. itidem cum *Commentario marginali.* Hic nempe eſt *quintus* illorum *quinque* Codicum MStorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, quibus R. P. *Balthaſar Corderius* ad contexendam Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos olim uſus eſt.

Decimus quartus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtatque foliis *trecentis triginta duobus*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in Pſalterium* à Pſalmo primo usque ad ſeptuageſimum octavum, collectus ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum; nempe *Origenis*, *Euſebii* Epiſcopi Cæſareenſis, *Apollinaris* Epiſcopi Laodiceni, *S. Baſilii* Magni, *S. Gregorii* Nazianzeni, *S. Gregorii* Nyſſeni, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Iſidori* Peluſiotæ, *S. Cyrilli* Archiepiſcopi Alexandrini, *Ammonii* Secundi ſive Junioris, *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis, *Gennadii* Patriarchæ Conſtantino-

tinopolitani, *Georgii* Patriarchæ Alexandrini, *Heſychii* Presbyteri Hieroſolymitani & *Michaelis Pſelli*, quorum omnium nomina ibidem in margine adſcripta ſunt. Titulus *græcus* ejusdem Commentarii eſt hic: Ἐξήγησις ἀκριβεστάτη διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὸ ψαλτήριον, hoc eſt: *Expoſitio accuratiſſima diverſorum Explanatorum in Pſalterium.* Inter diverſas autem *Præfationes*, quæ huic Expoſitioni præfixæ ſunt, incipit ea, quæ *prima* eſt, h oc modo Ἑρμηνειῶν τοῦ ψαλτηρίου &c. *Secunda* autem, quæ *Theodoreto* attribuitur, incipit his verbis: τινὲς τῶν τὰς ὑποθέσεις &c. Sequitur deinde *S. Baſilii Magni* (s) Præfatio, cujus principium: πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος &c. Cæterum minimè dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, beneficio hujus Codicis MSti, utpote cujus ope is caruit, non contemnendo *Spicilegio* poſſit augeri.

Decimus quintus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt chartaceus in quarto, ſcriptus anno Mundi ſecundum ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6742. hoc eſt, anno Chriſti 1234. Pertinuit autem is olim ad *Joannem Sambucum*, (t) & nunc valdè ruinoſus, ac tam in principio, quàm in fine mutilus, conſtat *ducentis ſeptuaginta novem* foliis. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in Pſalterium* à Pſalmo quinto usque

(s) *Edidit eam* R. P. Corderius, *ſed tanquam Autoris* anonymi.

(t) *Notabile eſt, quod* Johannes Sambucus *ibidem propria manu teſtatur, ſe hunc* Codicem *emiſſe* Brundusii A. C. 1563.

usque ad ultimum, & porro in *Cantica ſacra Moyſis*, *Hannæ* matris Samuelis, *Habacuc* Prophetæ, *Eſaiæ* Prophetæ, *Trium Puerorum* apud Prophetam Danielem, & *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, collectus ex operibus variorum Sanctorum Patrum aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum; nempe (u) *Apollinaris Epiſcopi Laodiceni*, *Aquilæ Pontici*, *S. Athanaſii*. *S. Baſilii Magni*, *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini*, *Didymi Alexandrini*, *Diodori Epiſcopi Tarſenſis*, *Euſebii*, *Eudoxii*, *S. Gregorii Nazianzeni*, *S. Gregorii Nyſſeni*, *Heſychii*, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Maximi*, *Nicolai*, *Olympiodori*, *Origenis*, *Severi Epiſcopi Antiocheni*, *Symmachi*, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis*, *Theodotionis*, *Victoris Antiocheni*, & fortè etiam nonnullorum aliorum, quorum nomina in transcurſu à me non obſervata ſunt. Minimè porrò dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, etiam hujus Codicis, utpote ab illo non viſi, beneficio illuſtrari poſſit & augeri. Cæterum quod ad *Autorem*, à quo ſuprà memoratus *Commentarius* collectus & contextus eſt, attinet, ſilentio haud prætereundum videtur, eum à *Joanne Sambuco* creditum eſſe *Nicetam Heracleenſem*; ut etiam nunc ibidem propria ipſius *Sambuci* manu annotatum cernitur.

Decimus ſextus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ *in octavo*, conſtatque nunc *ducentis nonagin-*

(u) *Notandum eſt, Autores illos hic à me non recenſeri ordine* Chronologico *ſive reſpectu temporis, quo claruerunt, ſed tantum ordine* alphabetico *ſecundum eorum nomina.*

naginta foliis. Continetur eo *Psalterium* à Psalmi noni versu decimo septimo Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν &c. usque ad Psalmum centesimum quinquagesimum sive ultimum. Subjuncta autem est singulis versibus brevis quædam *Expositio*, quæ in fine totius Codicis attribuitur *Origeni*, utpote ubi ea expressè vocatur Ὠριγένους Ἐξήγησις. Ibidem quoque is, qui hunc Codicem suâ manu exaravit, appellatur *Protopsaltes* (x) *Ecclesiæ Cretensis*. Cæterum quod ad suprà memoratum Psalmi *noni* versum *decimũ* attinet, ejus *Expositio* incipit ibi his verbis: Οἱ γὰρ ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντες ἔγνωσαν, &c. Minimè porrò dubium est, quin *Expositio Patrum Græcorum in Psalmos*, à R. P. *Corderio* edita, etiam hujus Codicis, utpote ab illo non visi, beneficio non mediocriter illustrari possit & augeri.

Decimus septimus Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus*, pervetustus & optimæ notæ in quarto, constatque foliis *centum septuaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Psalterium*, à Psalmo *primo* usque ad Psalmum *quinquagesimum* inclusive, cum brevi quadam *Expositione singulis versibus subjunctâ*, quæ ab Antonio *Carafà* è Græca in Latinam linguam primùm conversa, & Patavii A. 1564. typis M. Antonii Gallassii in quarto edita est, non tamen ex hoc Codice MSto *Cæsareo*, quippe quo

(x) Hujusmodi Proto-Psaltes in Ecclesia Latina olim vocatus est *Primicerius Scholæ Cantorum*. Vide *Joh. Meursii* Glossar. græco-barb. in explicat. vocis πρωτοψάλτης.

nec ille, nec R. P. *Corderius* in contexendâ Patrum Græcorum Expoſitione in Pſalmos uſus eſt. Utinam autem præſtantiſſimus hic Codex ad nos pervenisset integer! Prima enim *decem* & *quatuor* ultima folia *chartacea* loco deperditorū *membranaceorum* foliorum veterum ſubſtituta ſunt ab inepto quodam recenti Græculo, cujus imperitia non ſolum in principio, ſed & in fine iſtius Codicis apparet ex hoc titulo: *Aquilæ & Symmachi & aliorum Patrum Expoſitio in Pſalmos.* Falſò enim ac ridiculè *Aquila & Symmachus* hic referuntur inter *Patres Eccleſiæ Chriſtianæ*, cum certò conſtet, eos fuisse (y) *Judæos*, nec niſi ex Chriſtianæ religionis odio Sacram Veteris Teſtamenti Scripturam novis ſuis poſt LXX. Interpretum verſionem translationibus græcis de induſtriâ depravâſſe.

Decimus octavus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in quarto, ſed tàm in principio, quam in fine mutilus, conſtatque nunc *centum ſeptuaginta duobus* foliis. Continetur eo *Pſalterium* à Pſalmi ſeptimi verſu decimo Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν &c. usque ad Pſalmi CVI. verſum duodecimum: Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις &c. Subjuncta autem eſt ſingulis verſibus anonymi cujusdam Auctoris brevis quidem, ſed docta *expoſitio*, quam non vidit *Corderius*, quo tempore *Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos* contexuit ac edidit. Notatu etiam

(y) Vid. *Auberti Miræi* Auctar. de Script. Eccleſ. cap. IX. & XI. *Joh. Morini* Præf. in V. T. ſecundum LXX. & *Joh. Wo-ſſerii* Syntagma de Græca & Latina Sacr. Bibl. Interpret. Cap. XI.

etiam dignum eſt, *Pſalterium* in præſtantiſſimo hoc Codice Manuſcripto diviſum eſſe in quinque Βιϐλία ſive *Libellos*, uti videre eſt ante principium Pſalmi XLI. quippe cui præfixus eſt hic titulus: Αρχὴ τοῦ β' βιϐλίου ψαλμῶν τοῦ Δαβίδ. Similiter etiam ante principium Pſalmi CVI. legitur: Αρχὴ τοῦ ε' βιϐλίου. Meminit hujus diviſionis *Euſebius Pamphili* in Hypotheſi ſive Argumento Ανακεφαλαιώσεως ſive Recapitulationis Pſalmorum his verbis: *Libri Pſalmorum hæc fuerit diviſio, ut* ACCURATA EXEMPLARIA *atque ipſemet Textus Hebraicus continent. Hebræi enim totum Librum Pſalmorum in quinque Partes diſtribuunt. Prima eſt à Pſalmo primo usque ad quadrageſimum; ſecunda eſt à quadrageſimo primo usque ad ſeptuageſimum primum; tertia à ſeptuageſimo ſecundo usque ad octogeſimum octavum; quarta ab octogeſimo nono usque ad centeſimum quintum; quinta à centeſimo ſexto usque ad Libri finem.*

Decimus nonus(z)Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & optimæ notæ in *quarto*, conſtatque foliis *ducentis novem*, & ad *Johannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *Pſalterium*, ſecundum pervetuſtam Eccleſiæ Græcæ conſuetudinem diviſum in *viginti ſectiones*, quæ vocantur Καθίσματα ſive *Seſſiones*, & certum numerum *Pſalmorum* cum ſubjunctis aliis quibusdam *Lectionibus*, ac *Precibus ſacris* conti-

(z) *Fuit is olim inter Codices Manuſcriptos Theologicos Græcos* quinquageſimus ſeptimus.

nent. Meminit hujus divisionis Psalterii *Theodorus Balsamon* (*a*) in Explicatione *decimi septimi* Canonis Concilii (*b*) Laodiceni: *Non oportere Psalmos in Congregationibus sacris connectere, sed* (*c*) *intermediè post unumquemque Psalmum fieri lectionem*, his verbis: Τῶν Ψαλμῶν ἀναγινωσκομένων διὰ μιᾶς ὑφῆς κατὰ παλαιὰν παράδοσιν, καὶ τοῦ συναγομένου λαοῦ ὑποκνάοντος κἂν τεῦθεν ἀκησιῶντος ἀπὸ τοῦ κόπου, καὶ ἐξερχομένου τῆς Ἐκκλησίας ὥρισαν οἱ Πατέρες, μὴ συναπλῶς ἐν ταῖς συνάξεσιν ἐκφωνεῖσθαι τοὺς Ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου γίνεσθαι καὶ ἀναγνώσεις ἐπὶ τῷ ἀναπαύεσθαι τὸν λαὸν πρὸς μικρὸν, καὶ πάλιν ψάλλειν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εἰς ΚΑΘΙΣΜΑΤΑ διάφορα τὸ ἱερὸν κατεμερίσθη Ψαλτήριον. Χάρις οὖν τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς κηδεμονίας. Hoc est, ut ego (*d*) interpretor: *Cum Psalmi ex antiquâ traditione uno continuo filo recitarentur, & populus congregatus hanc ob rem molestia afficeretur, & defessus, nullam ejus curam amplius gereret,*

(*a*) *Pag. 835. editionis Parisiensis graeco latinae* Ao. 1620. *in fol.*

(*b*) Concilium *hoc creditur esse celebratum A. C. 319. Bel 320. sub Pontificatu* S. Sylvestri I. *Bide* R. P. Philippi Labbei *Synopsin Historicam omnium Conciliorum, ubi agitur de anno 319.*

(*c*) Gentianus Hervetus *perperam Bertit:* interjecto spatio in uno quoque Psalmo. *Eadem quoque praBa translatio extat in* Leonis Allatii *Opusculo de Libris Ecclesiasticis Graecorum pag. 55.*

(*d*) *Confer quaeso hanc interpretationem meam cum alterâ illâ* Gentiani Herveti, *quae etiam extat in* Leonis Allatii *Opusculo de Libris Ecclesiasticis Graecorum pag. 56.*

ret, sed Ecclesiâ egrederetur, statuerunt Patres, non esse Psalmos in sacris Congregationibus connexivè recitandos, sed intermediè etiam Lectiones esse faciendas, ut populus (e) *quiesceret aliquantulum, & deinde rursus caneret. Propterea enim & in SESSIONES diversas sacrum divisum est Psalterium.* (f) *Gratia igitur Sanctis illis Patribus etiam pro hâc eorum cura agendæ sunt.* Hæc *Theodorus Balsamon.* Quantum autem Psalmorum numerum unumquodque κάθισμα comprehendat, cum ex ipso hoc *antiquo Codice Manuscripto Psalterii* videre est, tum ex *Johannis Meursii* Glossario Græco-barbaro, ubi significationem vocis κάθισμα indicat hoc modo: *Apud Græcos Psalterium universum est divisum in* καθίσματα *viginti. Et primum quidem complectitur Psalmos 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. Secundum 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16. Tertium 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23. Quartum 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31. Quintum 32, 33, 34, 35, 36. Sextum 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45. Septimum 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54. Octavum 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63. Nonum 64, 65, 66, 67, 68, 69.* Decimum *70, 71, 72, 73, 74, 75, 76. Undecimum 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84. Duodecimum 85, 86, 87, 88, 89, 90. Decimum tertium 91, 92, 93, 94, 95, 96,*

 97,

(e) *Nempe* residens. *Psalmos enim canebant stantes.*

(f) *Ita quidem* Theodorus Balsamon; Joannes *autem* Zonaras, *qui* septuaginta *circiter annis ante ipsum claruit, in annotatione ad eundem Canonem testatur,* Statutum *illud* Patrum Concilii Laodiceni *per introductionem novi ordinis rerum Ecclesiasticarum suâ jam ætate fuisse immutatum.*

97, 98, 99, 100. Decimum quartum 101, 102, 103, 104. Decimum quintum 105, 106, 107, 108. Decimum sextum 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117. Decimum septimum 118. Decimum octavum 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131. Decimum nonum 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142. Vigesimum reliquos usque ad 150. Hæc *Joannes Meursius.* Eadem quoque confirmat & illustrat *Leo Allatius* in opusculo de Libris Ecclesiasticis Græcorum (g) sic scribens: *Nullus alius Liber apud Græcos sive in Missis, sive in Matutinis precibus, sive in aliis divinis officiis frequentior est Psalterio, tanquam quod semper præ manibus sit, licet ob assiduam illius recitationem ex memoriâ ferè omnia dicantur; suntque meri Psalmi Davidici, non alterato ordine, sed uti in Sacris Bibliis jacent, in certas tamen classes, plures vel pauciores Psalmos, pro Psalmorum longitudine, continentes, distincti. Sectiones Græci* καθίσματα *vocant, quasi diceres Sessiones, & viginti tantummodò numerant. Cathismata singula in tres subdividunt, quas Hymno illo, Gloria Patri & Filio &c. terminant, ac fit in Ecclesiâ Latinâ, quæ dictum Hymnum post omnes Psalmos recitat. Cathisma decimum septimum ob prolixitatem Psalmi, Beati immaculati, uno tantùm Psalmo completur, quem etiam in tria Tmemata, & Hymno jam dicto, Gloria Patri, dividunt. Divisiones Cathismatum* στάσεις *dicunt, Stationes nempe. Stantes enim recitant, vel quod lectionem finientes stent, & quasi respirent.* Hucusque

(g) *Pag. 54. & 55. edit. Paris. Cramois. A. 1646. in 4to.*

que *Allatius*. Quandoquidem igitur hinc satis patet, quid significent *viginti* illa Καθίσματα, in quæ *Psalterium Davidicum* in suprà memorato *Codice Manuscripto* est divisum, notandum porrò est, in eodem antiquo Codice ante initium ipsius *Psalterii* extare *tria* diversa *Proœmia*, quorum *primum*, quod extat folio *primo*, incipit hoc modo: Πρόγραμμα εἰς τὸν προφήτην Δαβίδ. Μετὰ (*h*) Μωσέα, καὶ τὸν τούτου διάδοχον Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, καὶ τοὺς λεγομένους κριτὰς ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἐπιλαβομένου λοιπὸν τῆς βασιλείας Σαοὺλ, καὶ ἀποδοκιμασθέντος, ἤγειρεν ὁ Θεὸς αὐτοῖς βασιλέα ἐνάρετον, δίκαιόν τε καὶ προφήτην, ὃς συνέταξε (*i*) βιβλίον ψαλμῶν ρν´ &c. *Secundi Proœmii*, quod à folii *secundi* paginâ *primâ* pertingit usque ad folii *quarti* paginam *secundam*, Titulus generalis est hic: Μέθοδος (*k*) ἸΩΣΙΠΠΟΥ ἐκ τῶν (*l*) ὑπομνημάτων αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων, πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον, καὶ πῶς οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, καὶ τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς

(*h*) *In Codice MSto Vigesimo legitur* τὸν Μωσέα *&* *paulo post* τοῦ Σαούλ.

(*i*) *In Codice MSto Vigesimo legitur* βίβλον.

(*k*) *Ita ibi scriptum est, nempe* Ιωσίππου *pro* Ιωσήπου, *ut pag. 2. fol. 4. ejusdem Codice MSto Vigesimo rectè legitur. Intelligitur enim sine dubio* Flavius Josephus *Antiquitatum Judaicarum Scriptor. celeberrimus.*

(*l*) *In Codice MSto Vigesimo legitur* ὑπομνηστικῶν.

γραφαῖς βιβλία (*m*) μὴ εὑρισκόμενα ἐστὶ, καὶ τίνα εἰσὶ τὰ ἐν τῷ Δαβὶδ προσαχθέντα, καὶ τίνες ἡρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι καὶ πότε. Divisum autem est *secundum* hoc *Proœmium* in partes *sex*, quarum *prima* jam memorato generali titulo immediatè subjuncta incipit his verbis: Πᾶσα μὲν ἡ καθ' ἡμᾶς γραφὴ, παλαιάτε καὶ καινὴ, θεόπνευστος ἐστὶ καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν ἀρετῆς καὶ πίστεως ἀληθοῦς ἡ ἐστι τῶν ψαλμῶν βίβλος. *Secunda* Procemii *secundi* Pars, cui specialis hic præfixus est titulus, περὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν ψαλμῶν, incipit his verbis: Πολλῆς τοίνυν εἰδωλολατρείας καταχρατησάσης τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, &c. *Tertia* Proœmii *secundi* Pars, cui specialis hic præfixus est titulus: Τίνες ἡρμήνευσαν τὸ ψαλτήριον, καὶ πόσοι, καὶ πότε, incipit his verbis: Πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν ὁ ἑρμηνεία. οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες. *Quarta* Proœmii *secundi* Pars, cui specialis hic præfixus est titulus (*n*): Ἑρμηνεία εἰς τὸ Διάψαλμα, incipit his verbis: Ἔοικε μουσικοῦ τινὸς μέλους &c. *Quinta* Proœmii *secundi* Pars, cui specialis hic præfixus est titulus: Τίνα εἰσὶ τὰ τῷ Δαβὶδ πρὸς τῷ τέλει πραχθέντα, καὶ εἰς αὐτὸν θαύματος ἄξια, incipit

(*m*) *In Codice MSto Bigesimo additur* ὡς ὄντα, *hoc est*, tanquam existentia; *&* *pro* μὴ εὑρισκόμενα *legitur* οὐχ εὑρισκόμενα.

(*n*) *In sequenti Codice MSto Bigesimo attribuitur ea Symmacho hoc modo*: ἑρμηνεία τοῦ Διαψάλματος Συμμάχου.

cipit his verbis: Πᾶσαν αὐτοῦ τὴν συγγραφὴν (o) καὶ ἕκαστον τῶν τοῦ ψαλμοῦ συμπιπτόντων ἢ ὕμνων ὁ προφήτης συνεγράψατο, &c. *Sexta* demùm Procemii *secundi* Pars, cui ſpecialis hic præfixus eſt titulus: Τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα βιβλία, (p) μὴ εὑρισκόμενα δὲ, incipit his verbis: Νάθαν καὶ Ἀδδὼ &c. Cæterum *quamvis* in generali *ſecundi* hujus *Procemii* titulo ſolius *Flavii Joſephi* fiat mentio, non tamen ex ipſius tantùm, verum etiam, & quidem præcipuè, ex aliorum veterum Scriptorum Operibus id excerptum ac collectum eſt, ut manifeſtè apparet ex Parte ejus *quartâ*, quippe ubi ad hæc verba, Ἀεὶ τοίνυν παρὰ τὸν τῆς σιωπῆς καιρὸν &c. in margine adſcriptum eſt: Ἀκύλου, hoc eſt, *Aquilæ Pontici*; & paulo poſt è regione verborum προϊούσης γὰρ κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ψαλμῳδίας &c. ſimiliter adſcriptum eſt, Γρηγορίου Νύσσης, hoc eſt, *S. Gregorii Epiſcopi Nyſſeni.* Minimè etiam dubium eſt, quin *Pars ſecunda* de diverſis Pſalmorum Interpretibus Græcis, & *Pars ſexta* ſive ultima de Libris, quæ in Sacrâ Scripturâ commemorantur quidem, ſed nusquam inveniuntur, ex *S. Athanaſii* Archiepiſcopi Alexandrini *Synopſi Sacræ Scripturæ* deſumptæ ſint, etſi illius nomen ibi non extet in margine. Quandoquidem autem in ultima atque optimâ operum *S. Athanaſii* editione græco-latinâ, Lutetiæ Pariſio-

(o) *In Codice MSto vigeſimo pro* καὶ ἕκαστον τῶν τῷ ψαλμῷ *legitur* ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ψαλμῶν.

(p) *In Codice MSto vigeſimo pro* μὴ *legitur* οὐχί.

ſiorum Ao. 1627. duobus Tomis in folio impreſſa, Tomi ſecundi paginâ 157. id omne, quod de Libris in Sacrâ Scripturâ quidem commemoratis, ſed nunc nusquam ampliùs extantibus, *latinè* ibi legitur, in Contextu *Græco* culpâ Codicis Manuſcripti mutili, ex quo editio illa prodiit, prorſus omiſſum eſt, ſupplendæ tam inſignis lacunæ cauſâ inſeram hîc totum illum locum *Græcum*, quemadmodum is non ſolum in ſuprà memorato *Codice Cæſareo*, inter Theologicos Græcos *decimo nono*, ſed & in proximè ſubſequenti *vigeſimo* ſcriptus eſt:

Τίνα εἰσὶ τὰ μνημονευόμενα βιβλία, μὴ εὑρισκόμενα δὲ.

(q) Quinam Libri Sacræ Scripturæ commemorentur quidem, ſed nusquam inveniantur.

Νάθαν, καὶ Ἀδδῶ, καὶ Ἀχιὰ τοῦ (r) Σειλωνίτου, καὶ Σεμεεὶ, καὶ (s) Ἰηοῦ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν γέγραπται εἶναι βιβλία. Προφῆται γὰρ οὗτοι εἰσὶν, οἵ τε γεγράφασι, περὶ ὧν (t) προεφήτευον, ἃ οὐχ εὑρίσκονται.

Nathanis & Addo, & Achiæ Silonitæ, & Semei, & Jehu Libri commemorantur in Libro Regum. Hi enim Prophetæ exiſtentes, peculiares de Prophetiis ſuis ſcripſerunt Libros, qui nunc non inveniuntur.

(q) *Confer quæſo, benigne Lector, hanc* meam *hujus loci verſionem latinam cum altera illa* Wolffgangi Muſculi, *quæ extat in ſuprà citatâ operum S. Athanaſii editione græco-latinâ Pariſienſi, & videbis, quantum is à vero contextus græci ſenſu aberraverit.*

(r) *In Cod. MSto vigeſimo legitur* Σιλωνίτου, *& paulo poſt* Σεμέι.

(s) *Vid. Reg. lib. 3. cap. 16. & Paralipom. lib. cap. 19.*

(t) *In Cod. MS. vigeſimo legitur* προεφήτευσαν.

Ψαλ-

(u) Ψαλμοὺς τρισχιλίους λέγεται ἐν παραλειπομένοις εἶναι τοῦ Δαβίδ. μόνους δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς ρν' ὑπὸ τῶν φίλων Ἐζεχίου τοῦ βασιλέως ἐξελέχθαι τοὺς δὲ ἄλλους ἀποκεκρύφθαι.

De Psalmis Davidis legitur quidem in Paralipomenis, eos fuisse numero ter mille: ex illis tamen centum quinquaginta tantùm ab amicis Regis Ezechiæ selecti, reliqui autem absconditi sunt.

Πεντακισχιλίας παροιμίας ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος (x) ἐκθέσθαι ἡ τῶν παραλειπομένων λέγει γραφή. Ἀλλ' οὐκ εἰσὶν νῦν, εἰ μὴ μόναι αἱ ἐκκλησιαζόμεναι.

Quinque millia Parœmiarum à Salomone edita esse, Paralipomenorum tradit Scriptura; nunc autem non supersunt aliæ, quàm quæ in Ecclesiâ inter scripturas Canonicas receptæ sunt.

Τὸ ᾆσμα τοῦ Σολομῶντος τὸ (y) μυστικὸν ἐξ ᾀσμάτων πλειόνων ἐξελέχθαι ἐπιγέγραπται.

Canticum Salomonis mysticum ex pluribus aliis Canticis selectum esse, ipsa ejus indicat Inscriptio.

Ἰώση-

(u) *In Cod. MS. vigesimo legitur* ψαλμοὶ τρισχίλιοι λέγονται &c.

(x) *In Cod. MS. vigesimo legitur* ἐκδεδόσθαι.

(y) *Ita hic locus rectè legitur in Cod. MSto* vigesimo; *in* decimo nono *autem corruptè ac mendosè hoc modo* τὸ ᾆσμα ἐξ ᾆσμα τῶν πλειόνων καὶ μουσικῶν ἐξελέχθαι ἐπιγέγραπται.

Ἰώσηφος δὲ (z) ἱστορεῖ δύο βιβλία προφητειῶν Ἐζεκιὴλ γεγράφθαι. ἓν δὲ μόνον ἐπιγινώσκομεν εὑρίσκεσθαι.

Josephus autem narrat, duos Prophetiarum libros à Prophetâ Ezechiele esse scriptos; nobis autem non nisi unum nunc inveniri compertum est.

Finitâ hoc modo Procemii *secundi* Parte *sextâ* sive ultimâ, sequitur in eodem Codice Manuscripto *tertium* Psalterii Procemium, quod continet *S. Athanasii* de Interpretatione Psalmorum *Epistolam ad Marcellinum* sub hoc titulo: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἑρμηνεία περιεκτικὴ τῶν ψαλμῶν πρὸς Μαρκελλῖνον. Incipit deinde ipsa Epistola his verbis: Ἄγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, φίλε Μαρκελλῖνε, &c. Mutila autem ea ibi est, & pertingit tantum usque ad hæc verba: Τὰ δὲ τῆς ἱερατείας καὶ τῆς σκηνῆς ἀναφέρεται ἐν τῷ κή. ἐνέγκατε κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. His porrò immediate subjungitur Narratiuncula quædam de (a) *S. Pambonis* Abbatis Ægyptiaci colloquio cum aliquo suo discipulo de *Tropariis* sive *Canticis sacris*, quæ is Alexandriæ in Ecclesiâ *S. Marci* audiverat. Incipit autem ea hoc modo: Ὁ Ἀββᾶς Παμβῶ ἀπέστειλε τὸν μαθη-

(z) Flav. Josephus *Antiquitatum Judaicarum lib. 10. cap. 6.*

(a) *Vide* Socratis *Historiam Ecclesiasticam lib. 4. cap. 22. contextus græci &* Vitas Patrum *à* R. P. Heriberto Rosweido *editas; item* Philippi Ferrarii *Catalogum Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, Calendis Julii.*

μαθητὴν αὐτῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς τὸ ἐργόχειρον αὐτῶν. Ποιήσας δὲ ἡμέρας δεκαὲξ ἐν τῇ πόλει, ὡς ἔλεγεν ἡμῖν, τὰς νύκτας ἐκάθευδεν ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ναῷ τῦ ἁγίε Μάρκε, καὶ ἰδὼν τὴν ἀκολεθίαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ἀνέκαμψε πρὸς τὸν γέροντα. ἔμαθε δὲ καὶ τροπάρια. λέγει ἦν αὐτῷ ὁ γέρων &c. Post hanc Narratiunculam in fine mutilam, incipit ipsum *Psalterium*, in viginti καθίσματα divisum, & pertingit à folio sexto usque ad folium 173. Sequuntur deinde à fol. 174. usque ad fol 183. alia varia *Veteris & novi Testamenti Cantica sacra*, nempe Cantica duo *Moysis* Exodi cap. 15. & Deuteronom. cap. 32. Canticum *Hannæ* matris Samuelis lib. Reg. cap. 2. Canticum *Habacuc* Prophetæ cap. 3. Canticum *Esaiæ* ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ θεὸς &c. Canticum *Jonæ*, Canticum *trium Puerorum* Daniel 3. Canticum *Beatissimæ Virginis Deiparæ* & Canticum *Zachariæ* patris S. Joannis Baptistæ cap. 1. Evangelii S. Lucæ. Quibus finitis, sequitur fol. 184. & 185. *Canon* Paschalis annorum quadraginta octo, intra totidem circulos eleganter, sed valdè abbreviatè exaratus, nempe ab anno Mundi secundum supputationem Ecclesiæ Constantinopolitanæ 6671. hoc est, anno Christi 1163. usque ad annum 6718. hoc est, usque ad annum Christi 1210. quo præstantissimus hic Codex scriptus est. Post jam memoratum *Canonem Paschalem* sequuntur ibidem à fol. 186. usque ad fol. 203. *Hypotheses* sive *Argumenta*

menta omnium *Pſalmorum* totius Pſalterii ſecundum *Symmachum*, *Origenem*, *Euſebium Pamphili*, *S. Athanaſium*, *S. Baſilium Magnum*, *S. Joannem*, *Chryſoſtomum & Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem*, quorum nomina ibi in margine adſcripta ſunt. Appendicis autem loco ſubjungitur jam memoratis *pſalmorum Argumentis primò* & quidem folio 203. pag. 2. *Euſebii Pamphili Epiſcopi Cæſareenſis* & alterius cujusdam *anonymi* Autoris Præfatiuncula in Canticum *Moyſis* in Exodo, *ſecundò*, & quidem folio 204. pag. 1. *anonymi* cujusdam Autoris Narratio originis canendi in *Templo Hieroſolymitano* τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως, ſive *Sanctæ* (b) *Reſurrectionis* Canticum veſpertinum ſive Hymnum lychnicum, cujus principium: *Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης* &c. *tertio*, & quidem fol. 204. pag. 1. & 2. *anonymi* cujusdam Autoris Explicatio verborum capitis *octavi*. (c) Prophetæ *Eſaiæ*, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, hoc eſt ad verbum: *Nobiſcum Deus, Cognoſcite gentes & vincimini*, vel ſecundum verſionem vulgatam: *Emanuel Congregamini populi & vincimini*: *quartò*, & quidem fol. 204. p. 2. & fol.

(a) *Vide de hoc Templo Hieroſolymitano R. P.* Jacobi Sirmondi *è Soc. Jeſ. eruditiſſimam Diſſertationem in explicatione antiqui* Numismatis, *cujus unâ in parte* Chriſti Domini *plena facies expreſſa, bibida & grabis; in altera* Templum rotundum *cum armato utrinque milite, ſupraque inſcriptum ANACTACIC. Impreſſum eſt illud Opuſculum Lutetiæ Pariſiorum typis Cramoiſyanis. Anno 1650. in 8vo ſub titulo:* Triplex Nummus antiquus, Chriſti Domini Perperennæ Civitatis, & Hanniballiani Regis.

(c) *Verſ. 8. & 9.*

fol. 205. pag. 1. *Oratio Dominica* cum *anonymi* cujusdam Autoris brevi *Expositione*, quæ fortè eadem est atque illa, à me hactenus nondum visa, quam *R. P. Philipp. Labbeus*, Tom. II. de Scriptor. (d) Eccl. refert à *Frederico Morello* A. 1601. Parisiis græcè & latinè in octavo sub *Origenis* nomine esse editam. Titulus & principium istius *Expositionis* in hoc Codice Manuscripto Cæsareo sic habent: ἑρμηνεία εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν. Ὁρᾷ Θεοῦ φιλανθρωπίαν τοῦ ἀποστάτην, τοῦ ἀχάριστον οἵας ἠξίωσε δωρεᾶς; ἀμνηστείαν χαριζόμενος τῶν κακῶν, πατέρα καλεῖν ἐπέτρεψεν, &c. *Quarto* demum, & quidem fol. 205. & 206. *S. Anastasii Sinaitæ*, Patriarchæ Antiocheni, quæstionum & respons. Sacr. XVIII. *de hominibus violentâ morte peremptis*. Concepta autem ibi est ea Quæstio his verbis: Τὶ χρὴ λέγειν ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων, ἢ κρημνιζομένων, ἢ καταχωννυμένων, ἢ ποντιζομένων ἆρα πάντες κατὰ Θεοῦ θέλησιν καὶ πρόσταξιν πάσχουσιν, οὐ καὶ ἐξ ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου. Cæterùm quod ad varias *Preces sacras*, suprà memorato *Psalterio Ecclesiastico* permixtas, attinet, earum nonnullæ, quæ *Autorum* suorum nomina præfixa habent, sunt hæ: Fol. 27. Εὐχὴ τοῦ ἁγίου ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Fol. 52. & 53. Εὐχὴ ἡμερινὴ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ΑΥΞΕΝΤΙΟΥ. Fol. 95. & 96. Εὐχὴ νυκτερινὴ τοῦ ἁγίου ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ Θεολόγου. Fol. 104. Εὐχὴ νυκτερινὴ τῆς ἁγίας ΜΑΚΡΙΝΗΣ ἀδελφῆς τοῦ ἁγίου βασιλείου. fol. 152. εὐχὴ

(d) *Pag. 148. ubi agitur de Scriptis* Origenis.

εὐχὴ τοῦ ἁγίου ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ. Fol. 168. & 169. Εὐχὴ ἡμερινὴ ΛΕΟΝΤΟΣ τοῦ ΔΕΣΠΟΤΟΥ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Fol. 172. Εὐχὴ τοῦ ὁσίου ΕΦΡΑΙΜ.

Vigesimus septimus Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *quarto*, vetuſtate mutilus & multis locis illegibilis, conſtatque foliis *nonaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. usque ad fol. 49. *Fragmentum Prophetæ Eſaiæ* à capitis 5. verſ. 29. Ὀργιῶσιν ὡς λέοντες, καὶ παρέστηκαν ὡς σκύμνοι λεόντων, usque ad cap. 62. verſ. 11. Ἰδοὺ γὰρ κύριοι ἐποίησεν ἀκουστὸν &c. cum *Catenâ* ſive *Commentario marginali*, collecto ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum, quorum præcipui ſunt *Euſebius* Pamphili, Epiſcopus Cæſareenſis, *Theodorus* Heracleæ in Thraciâ Epiſcopus, *S. Baſilius* Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, *S. Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus, & *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis.

Secundò, & quidem à fol. 50. usque ad fol. 97. *Pſalterii Davidici Pſalmi novem priores* cum *anonymi* cujusdam Autoris *Commentario* ampliſſimo, quo R. P. *Corderius* in contexendâ Patrum Græcorum Expoſitione in Pſalmos caruit.

CHRISTOPH. CORNERUS, deſſen wir über den Hiob P. II. p. 136. in Ehren erwehnet / hat auch ſeine kurtze Erklärung über den Pſalter / die sehr öffters zu unterſchiedlichen Zeiten in Druck kommen /

men unter dem titul publiciret: Psalterium Latinum Davidis Prophetæ & Regis cum familiari & pia expositione, ac brevi notatione artificii Rhetorici pertinentis ad rationem inventionis, dispositionis & elocutionis.

Ego quoque, schreibet er in der Dedication an den Grafen von Hohenstein/ qui Psalmorum lectione satiari non possum, cum à quibusdam brevem & familiarem eorum explicationem desiderari, eamque, si qua haberetur, scholis & Ecclesiis pernecessariam atque utilem fore animadverterem; non dubitavi, talem ex præceptorum meorum laboribus & privato studio conscribere, & ante sexennium in publicum dare, & communi mediocrium scriptorum fortunæ committere. Cognovi autem de multorum sermonibus, testimoniis atque literis, meam qualemcunque operam & doctis probari, & scholasticis non ingratam esse. Idcirco cum in ea editione multa mihi occurrerent, quæ vel corrigi, vel commodius dici, vel etiam augeri possent, judicavi adhuc aliquid temporis perlectioni Psalterii, meæque explicationi esse dandum: neque me ullius piguit laboris, quamvis in valetudine parum firma. In singulis ergo ferè Psalmis quædam emendavi, nonnulla transposui, multa addidi, plurima dilucidius explicui, & hoc effeci, ut illi nunc auctiores & ornatiores, atque etiam gratiores redeant ad scholasticorum manus, quibus potissimum meam hanc operam locare volui.

Und in der Vorrede: Ego sane me puerum in

 illis

illis ſic detentum & exercitatum eſſe fateor, ut multos, eosque præcipuos, longo canendi uſu edidicerim. Cum vero præceptorum eruditæ explicationes adjungerentur, ita mihi ſuaves & dulces fuerunt, ut eorum lectionem omnibus Prophetarum ſcriptis præferrem. Ad quos etiam viſum fuit hoc tempore adoleſcentulorum ſtudia excitare, & brevi enarratione juvare. Icciroo in ſingulos Pſalmos & diſpoſitionis artificioſæ quandam facilem & expeditam inſtitui indicationem, & ſingulorum verſuum, qua potui perſpicuitate, ſententiam reddidi, & ordinem monſtravi, eosque ad unam certam propoſitionem, ut ſcopum, ad quem reſpiciunt, retuli, ne ſint diſtractæ ſententiæ. Ac ſpero hanc oppellam lectoribus Pſalmorum & gratam & non inutilem futuram. Quorum autem opera & laboribus in hac ſcriptione mea non parum adjutus ſim, prius exponendum eſt, quam præſationi meæ finem imponam. Eſt enim ingenui hominis & animi ſinceri, libere profiteri, per quem profeceris, & cui fructus operæ tuæ acceptos feras.

Diu vixerunt in hac Academia duo viri, ſapientia, doctrina multiplici, eloquentia, autoritate & virtute præſtantes, *Jodocus Vuillichius Boruſſus*, & *Caſpar Marſilius Sileſius*, qui, cum eſſent rectarum artium & diſciplinarum ſtudioſiſſimi, & ſacras literas ſummo complecterentur amore, ita quidem linguas docuerunt, & autores bonos pro ſuo officio exararunt, ut tamen prima eorum eſſet cura præcipuumque ſtudium veræ religionis: in

in qua & cognoſcenda & docenda non potuerunt non feliciter verſari, cum eſſent notitia linguarum, ingenii acumine, naturæ bonitate, dicendi ſcribendique facultate ſingulari præditi. Etſi autem *Vuillichius* autores græcos potiſſimum enarrabat, & multum temporis in philoſophorum & medicorum lectionibus transmittebat: *Marſilius* vero in Latinorum autorum explicationem ſedulo incumbebat, & ambo ſuam Spartam ornabant egregie, & habebantur præcipua hujus gymnaſii ornamenta. Ita tamen his rebus vacarunt, ut ſubinde ad lectiunculas ſacras reverterentur.

Conſtat enim, *Willichium* induſtriæ & pietatis ſuæ egregia & poſteritate digniſſima reliquiſſe monumenta. Nam & Prophetas quoſdam & Pauli epiſtolas fermè omnes recte interpretatus eſt, & pleræque ejus enarrationes in publicum datæ à doctis ſtudioſè leguntur, ut nihil de inexhauſta ejus cupiditate legendi & ſcribendi alia commemorem. *Marſilius* autem nihil eorum, quæ ſcripſerat, voluit eſſe publici juris, quamvis habebat multa, quæ nobis non invitus communicabat, plena eruditionis & mirifice ornata: & maluit poſtremos ætatis ſuæ annos ferme viginti regendis & docendis Eccleſiis, quæ ſunt in nova Marchia, ſuam locare operam, in qua etiam functione paucis ab hinc annis Cotbuſii Luſatiæ vitam ſuam feliciter finivit, cum ante ipſum paulo ſenior *Vuillichius* ex hac vita in æternam ſocietatem migraſſet.

Hic præclari viri, doctores fideles, nobis quo-

que adoleſcentibus *Pſalterium Davidis* explicuerunt, *Vuillichius* Hebraicum à ſe in linguam latinam converſum, *Marſilius* græcum. Et in hoc erant toti, ut perſpicue & ſobrie ſingulos verſus exponerent, & de inventionis atque elocutionis ratione nos diligenter commonerent. Horum ego opera primum Pſalterium rectè intelligere, amare, legere cœpi, ipſorumque commentarios expoſitionum ſemper feci maximi, quod cum orthodoxorum & Lutheri ſcriptis conſentirent. Hac autem hyeme occaſionem & ocium nactus, revocavi me tam ad eorum prælectiones, quam aliorum ſcripta ſatis luculenta hoc tempore edita, & potiſſimum ex *Vuillichianis* inſtitui hanc diſpoſitionis & œconomiæ Pſalmorum expoſitionem conſcribere. Nam quæ ipſe nobis dictavit, neque integra ſunt, neque ejusmodi, ut ſine magnis laboribus poſſint ad laudabilem editionem præparari. Jccirco ex illis, quæ mihi commoda ſunt viſa, exſcripſi, addidi alia, quæ in plerisque Pſalmis deſiderabantur. Si hoc aſſecutus ſum, quod pollicebar, gaudeo, ut nimirum probetur mea opella ſtudioſis: Sin minus, me tamen ſuſcepti impenſique laboris nunquam pœnitebit, eo quod, ſi non aliis, mihi tamen ipſi hoc ſcribendi explicandique labore non parum profuiſſe intelligam. — — Retineo autem & ſequor translationem latinam, quæ *Georgio Majori* & *Victorino Strigelio*, Theologis & viris optimis & ſanis doctoribus, eſt in uſu, quæ mihi etiam præ cæteris probatur magis, quod cum Hebraicis fontibus conſentiat, & non

non admodum procul à veteri, quatenus commode fieri potuit, recesserit. Maloque scholasticos in una eaque sapienter recepta potius teneri, quam nunc hanc nunc aliam ipsis proponi, quæ tamen peritioribus Hebraicæ linguæ non possunt non esse gratæ.

In *Draudii* Bibliotheca classica p. 89. stehet diese Censur: Notandum, quod summaria singulis Psalmis Cornerianis, non videntur esse autoris, sed à Calviniano clanculario inserta, cum in multis Calvinismum sapiant, & à paraphrasticis ipsius autoris expositionibus exorbitent, welches / ohne jenes citation, mit eben diesen formalien in *Bolduani* Biblioth. Theol. p. 82. zu finden.

JOANNES COVILLONIUS, Insulensis, Societ. *Jesu* Theologus, Conimbricæ in Lusitania, Ingolstadii in Germania, ac denique Romano in Gymnasio Philosophicas Theologicasque disciplinas explanavit. Concilio etiam Tridentino, Alberti Bavariæ Ducis nomine, interfuit. Edidit Romæ, apud Ant. Bladum, 1554.

Conclusiones è priori Epistola D. Pauli ad Corinthios deductas. Reliquit &

Assertiones in eandem Epistolam. Et

Quæstiones in Psalmos, quos Ingolstadii explicuit. Sed lucem eæ nondum videre. Obiit Romæ, an. D. M. D. LXXXI.

Valerius Andreas in Biblioth. Belg. pag. 474. *Sanderus* in Script. Flandr. p. 93.

Sotvell l. c. pag. 434. giebt diese Nachricht von ihm: Vir si quis alius candidus, sincerus, pius,

eruditus, qui anno 1549. Francisci Stradæ concionibus, & alloquio Petri Fabri commotus, Lovanii se Nostris adjunxit, iam tum pereruditus, & Græci sermonis interpres. Mox cum Fabro in Lusitaniam profectus in Collegio Conimbricensi, ac deinde etiam in Romano, itemque Lugduni in Galliâ, & Ingolstadii in Germania Philosophicas atque Theologicas disciplinas professus est; atque hic quidem, doctrinæ ubertate, & præstantia, & inducta acriter disputandi consuetudine maximas Academiæ Utilitates peperit. Certè doctrina ejus tanti æstimata hic fuit, ut eum Albertus Bavariæ Dux, postulante Zacharia Delphino Legato Apostolico, Oratorem simul, & Theologum miserit ad Synodum Tridentinam anno 1562. ubi cum aliis Patribus sententiam dixit. Inde reversus Collegio Dilingano, quod Augustanus Cardinalis moliebatur, jussus est præesse. Demum cum multa singularis innocentiæ, & obedientiæ passim documenta præbuisset, acuta vi morbi celeriter quidem oppressus est, tamen obitus sui diem nec uni, nec semel prædixit. Obiit Romæ anno 1581. die 17. Augusti. Apponam Elogium, quo Academia Ingolstadiensis Covillonium nostrum ornavit, nempe

Joannes Covillonius Societatis Jesu, Sacræ Theologiæ Doctor, natus Insulis nobili Flandriæ Civitate, & maximorum ingeniorum matre, unus ex primis Societatis Patribus fuit, qui Christo Ingolstadii servierunt. Multa illi laus ex diligentia, ex doctrina, ex candore, dicti & facti. Major, quod,

quod, qui aliis fuit maximus & primus, ultimus sibi semper videbatur, & minimus. Vir in summa simplicitate summe prudens; nihil in vita quærebat magis quam quietis solitudinem, pacem à turbis mundi. Emissus tamen è suis, & quasi Dei manu in diversas messes Galliæ, Italiæ, Lusitaniæ, Flandriæ, cum fructu magno plurimorum. Nec minore cum dignitate, ac laude in Tridentino Concilio fuit, Serenissimi Ducis Bavariæ Legatus, tandem senex moritur Romæ, cum è Pœnitentiariis, qui ad Divi Petri obeunt Summi Pontificis vicariam operam unus censeretur. Tam scitè conscientias hominum tractare noverat, ut maximus peccator dixerit malle se lancinari à *Covillonio*, quam sanari ab alio.

Anno 1618 kam zu Giessen in 4. D. DANIEL CRAMERS Past. & Prof. Stetinensis, Auslegung des Psalms Davids heraus / zum Vortrab des Operis Biblici, welches zur gnüge bekannt. Sein Leben und Schrifften hat *Witte* Dec. IV. Theol. mem. p. 410 seq. einverleibet / wiewol er wegen des Christiani Ecclesiastis selbigen mit seinem Sohne / *Joh. Jac. Cramern* confundiret. Vid. *Molleri* Homonym. p. 664. seq. gleichwie hingegen der Carmelit *Ludovicus Jacobus à S. Carolo* in Biblioth. Pontificia P. II. p. 458. den reformirten Theologum *Dan. Chamierum* und unsern *Cramerum* vor eine Person gehalten. Und was Wunder? wenn er nur etliche Blätter vorher (pag. scilicet 455.) aus den Schmalkaldischen Articuln einen Lutherischen Theologum in Teutschland

macht. Articulus, schreibt er / Alsmacaldus, Germanus, Lutheranus edidit de primatu & potestate Papæ librum. Qui præterea *Ægidios Hundios*, *Amandos Polonos*, & nescio quos alios Nemines, pro *Hunniis & Polanis* fingit. Vid. *Scherzeri* Collegium Anti-Socinianum in Præf. p. 458. In unum compingit *Mornæum* & *Marnixium* p. 474. Vicissim unum hominem in binos diducit, diversa ponendo nomina *Roberti Abbatis* & *Abbatii* & *Roberti* Abbatis &c. Quem condignis fortè excipiamus modis, si eandem formulam de eo pronunciemus, quam de *Ambrosio de Altamura*, autore Bibliothecæ Dominicanæ adhibet celeberrimus *Oudinus* Supplem. Script. Eccles. Bellarmin. p. 653. *Miror nec possum parcere Ambrosio Altamurano insignem, quam hic admittit, hallucinationem, omnino indignam Bibliothecario, scribente intra seculum oculatissimum.* Vid. D. *Mayeri* Dissert. Selectas p. 416. 427. Molleri l. c. p. 12. *Zach. Grapii* Spicilegium Hist. lit. Alcorani P. I. Joh. Gottlieb *Molleri* Dissert. de quibusdam ex Hist. lit. desumtis c. 3. p. 19. D. *Rechenbergii* Appendic. tripart. ad LL. Symb. p. 18. Socius certè illius fratris ignorantiæ, quem aliquando Origines *Aug. Confessionis* ab *Augusto* Cæsare arcessentem legimus in D. *Mayer* l. c. p. 417. von dieser Bibliotheca aber wollen wir nur noch incidenter zwey Judicia gelehrter Männer vernehmen. *Henr. Meibomius* in additamentis ad *Valent. Henr. Vogleri* introduct. univ. in Not. Script. p. 110. schreibt: *Ludovici Jacobi* labor suum habet usum, dum non tantum scripta

Ponti-

Pontificum enarrat, ſed etiam in ſingulis Pontificibus eos, qui vitas eorum deſcripſerunt, illis vero, qui à pontificia doctrina alieni ſunt, ridiculo zelo, & usque ad ineptias moleſtus eſt, uti dum *Corberium* per calumniam *Cerberum* vocat: & hæreticorum morem eſſe ſcribit, falſis citationibus libros implere. Ipſe tamen, licet plurimis in locis, nullibi tamen gravius errat, quam ubi de Scriptoribus Proteſtantibus agit.

Haud ignoro, quid fidei tribuendum ſit librorum Catalogo à Ludovico Jacobo à S. Carolo in *Bibliotheca Pontificia* contexta. Forſan plus amori quam vero tribuendum putavit, ſecus ac Platina, qui teſte Petro Cholino, *Præfat. in Platinam* ſui candoris pretium perſequutiones longe plurimas tulit. Aula quippe Romana blanditias potius, quam veritatem ferre didicit, & majorem ab ea gratiam init adulator, quam veri candidus adſertor. *Johannes Faes* in Anatome Bullæ Jubilææ pag. 26.

Aber auf unſern *D. Cramer* wieder zukommen/ ſo hat er um ſeiner herrlichem Verdienſte und Schrifften wegen ein geſegnetes Andencken in der Evangeliſchen Kirchen erhalten/ davon D. Georg Petr. Schultz Epiſt. diſſert. 1. de claris Marchicis p. 28. ſeq. zu leſen/ deſſen Worte wir zum theil aus dem Crenio vorhin bey dem Joh. Æpino angeführet haben. Gedachter D. Schultz inſeriret auch l. c. p. 31. ſeq. zwey Brieſe/ die D. Cramer an den damahligen General-Superint. D. *Pelargum* geſchrieben/ welche/ wie ſie jetzo zu erſt publiciret

worden / also auch von beyder guten Freundschafft zeigen.

Von *D.* Cramers Summarien meldet der seel. D. Veiel in der Vorrede über Andr. Hyperii Christlichen Rath: Wie man die H. Schrifft lesen solle / (durch Nigrinum verteutschet/ Ulm 1672. in 12.) daß sie ein grosser Fürst mit eigner Hand vermehret / an das Tags-Licht kommen lassen. Herr Neumeister in Diss. de poëtis germ. p. 25. nennet ihn Theologum magni nominis, aber von seiner poësie urtheilet er: Rhythmi sunt: qui enim tunc temporis aliter fieri poterat? D. Himmelius in seinem examine und Gegen-Bericht über das stabilimentum irenicum p. 117. lobt ihn als einen um die Christliche Kirche / und sonderlich um gantz Pommern recht und wol verdienten Theologum. Seine Orationes nennet *Th. Crenius* Animadv. P. III. p. 188. egregias, und *Cramerum*, Clarissimæ extraneis in terris quoque famæ Theologum, item in Exercit. I. de Libris Script. Opt. p. 20. diligentissimum religionis nostræ cultorem & vindicem. Daß es ihm aber an Feinden der Wahrheit und heimlichen Neidern nie gefehlet / bekräfftigen / was jenes betrifft/ seine unterschiedlich gewechselte Streit-Schrifften / dieses aber beklagte er in seiner Oratione Valedictoria, als er aus Wittenberg zog A. 1605. welche auch Gottfr. Arnold seiner Kirchen- und Ketzer-Historie gleich anfangs pag. 13. mit einverleibet: Er habe daselbst seine æmulos, Neider und Verleumder auch unter denen Lehrern gehabt / welche sich wegen seiner vielen Collegien

und

und deren frequentz besorgt / und ihn deswegen gedruckt / angestochen / auch was sie aus seinen Lectionen und Disputationen auffangen können / zu tadeln gesucht ꝛc.

Der Jesuit ADRIANUS CROMMIUS hat herausgegeben CL. Psalmos Davidicos compendiosa paraphrasi ad literæ seriem expositos, & sensu Mystico illuminatos. Lovanii 1628. in 4. Antwerpiæ 1652. in 8. Vid. *Sotvell* l. c. p. 9. *Val. Andr.* Biblioth. Belg. p. 9.

GUILELMUM DAMASUM wollen wir versparen / biß er uns in folgender Beschreibung bey dem Nahmen *Guil. Lindani* wieder vorkommen wird.

Von M. CHRISTOPH DAUDENSTAD haben wir labores Psalteriales theoretico-practicos Leipz. und Franckf. A. 1679. in fol. und wundert sich der ungemein belesene und gelehrte *Crenius* P. II. Animadv. p. 106 daß Heideggerus dieser nützlichen Arbeit in seinem Enchiridio gar nicht erwehnet / oder vielleicht auch nichts darum gewust habe. Daudenstad aber war erstlich Pfarrer und Senior zu Sceudiz im Merseburgischen / hernach Superint. zu Friburg / allwo er A. 1649. seel. entschlaffen. Vid. *Witte* Diar. Biogr. ad hunc annum.

Vorgedachter Heidegger l c. pag. 441. zehlet auch den Jesuiten MARTINUM ANTONIUM DELRIO unter die jenigen Commentatores, die über die Psalmen geschrieben / aber vergebens / weil dergleichen Scriptum von ihm nicht vorhanden. Bey

dem

dem Hohen Liede Salomonis werden wir seiner mit mehrern zugedencken Gelegenheit finden.

Von DIDYMI ALEXANDRINI Comment. in Psalmos haben wir nur einige fragmenta in Catena Corderiana, das übrige ist alles verlohren gangen. Vid. *Possevinum* l. c. P.I. pag. 466. Drum wollen wir sein Andencken biß zu den Epistolis Canonicis versparen.

VEIT DIETRICHS Summarien über den Psalter sind A. 1692. zu Leipzig in 4. wieder gedrucket worden. Weil aber dieses Werck eigentlich nicht unter die Commentaria gehöret/ als wenden wir uns zu

JOH. DIODATO, oder Deodato, dessen Explications sur les Livres de Job, Pseaumes &c. Genev. 1638. bekannt sind / von welchem uns über das/ was wir über den Hiob P. II. pag. 140. seq. allbereit erwehnet / D. *Mayer* in Biblioth. Bibl. Diss. IX. p. 127. seq. diese Nachricht gibt: Interfuit Synodo Dordracenæ, & una cum *Theodoro Tronchino*, Professore itidem Genevensi, concepit verba canonum illius Synodi de prædestinatione, ut refert *David Ancillonius* T. 2. Miscellaneorum Criticorum, quæ Gallica lingua post patris mortem filius, *Daniel Ancillonius*, novissime vulgavit p. 229. 230. Qui T. I. p. 22. quoque testatur, Deodatum doctissimum & aptissimum fuisse ad tradendam Theologiam positivam, minime autem Theologiam Scholasticam. Ibidem aliorum (quod obiter notamus) quoque Professorum Genevensium characteres addit. *Spanhemium* & valuisse

&

& excelluisse in omnibus, in cathedra Ecclesiastica, in Theologia positiva, polemica, Scholastica, *Tronchinum* breves, sed solidas lectiones habuisse, deinde auditores suos duxisse in atrium, ubi curiosis & notatu dignissimis narrationibus eos oblectavit pariter atque instruxit.

In cathedra Ecclesiastica minime contemnendum fuisse *Deodatum*, patet ex *Alexandri Mori*, hominis disertissimi, elogio in Deodatum defunctum p. 79. seq. poëmatum inter alia:

Nam qui diserti nobis aliquando videmur,
Cum facimus populo verba silente pio,
Illo præ Boanerge, absit reverentia vero,
Anseribus similes, quos premit albus olor.
Pace mihi liceat fratres hæc dicere vestra
Præque illo infantes postera turba sumus.

Nescio tamen, quo jure *Petrus Molinæus* obscuritatem ei objecit. Rogatus enim Deodatus de auscultato quodam Molinæi sermone, *aquæ claræ & perspicuæ*, inquit, *nunquam sunt profundæ.* Vicissim Molinæus, qui hoc Deodati de se judicium ab amico compererat, rogatus de sermone quodam Deodati: *aquæ profundæ*, inquit, *nunquam sunt claræ.* Idem *Pauli* quoque *Sarpij* Historiam Concilii Tridentini Gallice conversam edidit nomine suo suppresso, & à *Menagio* in originibus Gallicis temere perstringitur, ac *qui Sarpium interpolaverit*, cum summa fide in illo transferendo versatum esse omnes fateantur, & collatio facile doceat.

Hoc loco, ut in viam redeamus, autem nobis memoratur ob notas succinctas nec contemnendas,

quas

quas versioni Italicæ Bibliorum a se concinnatæ adjunxit, & quas primum monitus jussusque est veteri potius versioni Gallicæ Genevensi adtexere. Ipse vero translationem novam cudere maluit, eamque doctorum Ecclesiæ Reformatæ examini subjectam, nonnullis obstaculis, quæ ejus editionem per aliquod tempus morabantur, superatis, feliciter denique vulgavit Genevæ 1641. fol. Quamvis autem in versione ejus nonnulla reprehendit *Rich. Simon* Lib. II. Histor. Crit. V. T. C. XXIII. p. 131. & Lib. II. Hist. Crit. N. T. p. 492. inprimis, quod quærendæ perspicuitatis prætextu, verba Scripturæ interdum juxta propria præjudicia restringat, magni tamen merito illa fit à pluribus propter elegantiam ac claritatem, & ab *Ezechiele Spanhemio*, in Epist. de Historia Critica Simonii pag. 53. defenditur. Laudatur etiam à *Coccejo* in Jobum, & *Ancillonio* teste: Bibliopolæ, qui sumtus impenderat, res familiaris non mediocriter aucta est frequenti illius versionis venditione. Ipse etiam *Simonius* eam cum præstantissimis quibusve recentiorum versionibus conferre, ac de elegantia, perspicuitate, & singulari interpretandi cura commendare Lib. II. Hist. Criticæ N. T. non dubitat. Imprimis vero argumenta capitum & notæ magnam autori laudem pepererunt, quæ & cum versione ab ipso autore in Gallicam linguam translatæ, & magnam partem Belgicis majoribus & Tossani Germanicis Bibliis adspersæ, & Anglicè quoque ac latine versa prodiere. Quanquam in his quoque, quæ carpat, livor offendit. Nam non modo

modo ab eodem Simonio autori vitio versum est, quod Theologicas interdum & practicas observationes pro Criticis adjecerit, sed valde etiam in illum invehitur *Johannes Clericus* ad caput secundum quæstionum sacrarum Davidis Clerici patrui sui, & in judicio *de Historia Critica Richardi Simonis*, sub Theologorum Batavorum nomine Gallica lingua vulgato pag. 321. ubi unicam duntaxat Italicam Bibliorum Deodati editionem Anni 1641. lucem adspexisse notat, ut fallantur Simonius & alii, qui vel plures vel primam Genevensem Anno 1607. 4. vulgatam comminiscuntur. Cæterum in Veteri Testamento *Roberti Stephani*, sive *Francisci Vatabli* nomine editas notas & versionem Pagnini, in Novo Testamento *Bezam* præ cæteris secutum esse Deodatum, notavit idem *Simonius* & *Arnoldus Bootius in indice ad observationes Biblicas.* Videndus etiam P. *Ambruni* (sub quo nomine itidem *Simonius* latere creditur) in responsione ad Historiam Criticam V. T. *pag. 30. seq.* ubi quædam in Deodati Bibliorum laudem scripta leguntur.

Plura (loca parallela quàm in Erasmi N. T.) occurrunt in Bibliis Deodati, quæ cum notis Belgarum prodierunt, sed & nævis suis non carent, quos peculiari dissertatione notavit & discussit *B. Winkelmannus*, schreibt *D. Joh. Georg Neumann* in Disp. de Parallelismo S. Script. §. 19. Er meinet aber dasjenige Scriptum, das D. Winckelmann wider Tossanum geschrieben / und zu finden T. VII. Disp. Giessens. Disp. 7. Conf. *D. Mayerum* loc. cit.

pag.

pag. 144. darauf gefolget: Necessaria responsio ad virulentum scriptum *Pauli Tossani* sub tit. Apologiæ pro his notis Biblicis editum. Giess. 1618. in 8.

DIODORUS, Tarsensis, generis splendore nobilis, Presbyter & Archimandrita Antiochenus, multos sub regimine μονάζοντας pietate & melioribus disciplinis instituit. Meletio Antiochiæ Antistite sub Valente in exilium misso & Catholici gregis cœtu urbe & Ecclesiis publicis excluso, *Diodorus* ad proximi fluminis ripas in campo, quo milites exerceri consueverant, conventu religioso ad Synaxin celebrandam frequenter habito oves pascebat; & grassantibus Arianorum insidiis, ac tyrannidi animosè restitit. Anno CCCLXXVIII. Meletius ab exilio reversus Tarsi Episcopum eum constituit. Anno CCCLXXXI. Concilio Oecumenico Constantinopolitano interfuit Diodorus: à quo sibi una cum Pelagio Laodiceno commissam Ecclesiarum Orientalium curam & regimen suscepit, servata tamen honoris prærogativa, quam Meletio tributam voluerunt Patres. Quamdiu Episcopole munus gesserit, nobis adhuc incompertum, nisi quod anno CCCXCIV. successerat in ipsius sedem *Phalerius*, uti ex Actis Synodi CP. sub Nectario eodem anno habitæ constat. *Cave* l. c. p. 152. schreibt aber kein Wort davon / ungeachtet er seine andre Scripta recensirt / daß Diodorus über den Psalm solte commentiret haben / welches wir aus *Possevini* l. c. p. 467. nebst einigen judiciis ersetzen wollen: Theodoretus libro Ecclesiasticæ historiæ

storiæ cap. III. ipsius mentionem faciens, sic scribit: *Diodorus, Tarsensis Episcopus, multos libros conscripsit, & quoniam nudæ divinarum scripturarum literæ erat intentus, theorias earum subvertit.* Atque hoc idem eidem tribuunt Sozomenus Libr. VIII. Historiæ Ecclesiasticæ Cap. II. & Necephorus in XIV. Historiæ libro inquiens: *Diodorus, Tarsensis Episcopus, multos scriptorum suorum libros in utrumq; testamentum reliquit, in quibus tantum in litteræ ipsius expositione occupatus est, abstrusiorem sublimioremque scripturæ sensum & contemplationum speculationes declinans: qua in re etiam præcipuè sectatus est eum discipulus ejus Johannes Chrysostomus.* Vixit an. Dom. 360.

Ceterum *Suidas* è Theodoro Anagnoste scriptorum *Diodori* catalogum accuratè collegit, qui huc pertinet. *Diodorus monachus temporibus Juliani, & Valentis, Episcopus Tarsi Ciliciæ, scripsit varia (ut Theodorus Anagnostes in Ecclesiastica historia meminit) quæ sunt: Interpretatio in totum vetus Testamentum, Genesim, Exodum, & reliqua,* in Psalmos, *in IV. libros Regum, in ea, quæ in Paralipomenis desiderantur, in Proverbia, Quodnam sit discrimen contemplationis, & allegoriæ, in Ecclesiasten, in Canticum Canticorum, in Prophetas, Chronicon, quo erratum Eusebii Pamphili de temporibus corrigit, in quatuor Evangelia, in Acta Apostolorum, in Epistolam Johannis Evangelistæ, Deum unum docens esse in Trinitate, contra Melchisedecitas, contra Judæos de resurrectione mortuorum, de anima contra diversas de ea sectas, ad Gratianum capita, contra Astronomos, & Astrologos, & Fatum, de Sphæra item, ac de septem Zonis, &*

de anno astrorum progressu, de Hipparchi sphæra, de providentia contra Platonem, de Deo & diis, de natura & materia, ubi tractat, quid justum sit, de Deo, & falsa Græcorum materia & natura. Quæ sub aspectum non cadunt, non ex elementis, sed una cum elementis esse facta ex nihilo. Ad Euphronium philosophum, per interrogationem, & responsionem, contra Aristotelem de corpore cœlesti, quomodo calidus sit Sol, *contra eos, qui animal dicunt esse cœlum, quomodo semper sit Opifex, opificium autem non semper, quomodo velle & nolle insit æterno Deo, contra Porphyrium, de animalibus, & victimis.* Hæc Suitas. *Sixtus vero Senensis ait,* Diodorum *hunc fuisse* Joh. Chrysostomi *in sacris literis Præceptorem.*

Hieher gehöret auch D. DIONYSII CARTHUSIANI insigne commentariorum opus, in Psalmos omnes Davidicos. Quos ipse multiplici sensu, quantum fieri potuit, nempe Literali, Allegorico, Tropologico, & Anagogico (id quod nemo hactenus præstitit) non nisi solidissimis sacræ scripturæ locis, doctissimè explanat. Accedit ad hæc ejusdem in matutinalia VII. Cantica, in *Magnificat* quoque, *nunc dimittis*, Benedictus &c. in symbolum etiam fidei: *Quicunque vult salvus* esse, & in hymnum divinum: *Te Deum Laudamus*, exactissima elucidatio. Editio altera ad archetypon summa cura, ita ut accuratius fieri vix potuerit, denuo collata correctaque. Dieses Werck ist Ao. 1534. von meines Ur-Groß-Vaters Vater zu Cöln in folio herausgegeben worden / die Dedication hat *Theodoricus Loer à Stratis*, ein Cartheuser-Mönch

Mönch an den Cardinal *Erhard de Marka* gestellet / und den Dionysium gleich anfangs virum & pietate & eruditione singulari commendabilem genennet. Wir wollen noch einige daselbst befindliche flosculos besehen: Is author non grandem aliquem orationis apparatum, aut fucatam eloquentiam, sine solidæ eruditionis commoditate pollicetur; sed qui tale aliquid de se promittit, quibus animum nostrum terrenis & spinosis curarum difficultatibus involutum, ad divinarum rerum contemplationem & amorem sursum perducit. Damnantur à prudentissimis viris studia, quæ frivola quadam persuasionis delectatione, nec longo tempore adblandiuntur: damnantur item, qui injecta obscuritate difficili, ingenia discentium remorantur, atque adeo tunc præcipue, cum ne micam quidem utilitatis, aut gustum aliquem solidæ eruditionis exhibent. At hisce *D. Dionysii* scriptis quid potest inveniri, quod magis ex usu Christiani hominis sit illius præsertim, qui philosophiæ divinæ studiis immori semel animo destinavit. Nam præter pietatem & castam religionem, præter promissiones, & expectationes, atque adeo misericordias spirant, clamantque nihil: ut taceam interim explicandi facilitatem, quam adeo peculiariter videtur affectasse Dionysius, ut rudissimis quibusque & simplicissimis officium suum commendare voluisse videatur potius, quàm nimia diligentia & subtilitate ambitiosam eruditorum gratiam ingenii sui vigore & amplitudine captasse. Interea tamen ille prudentissimi & absolutissimi viri

officio functus eſt, & profeſſioni ſuæ oppido quàm conveniente induſtria. — — Porro ejuſcemodi tibi *D. Dionyſium* prædico, qui tutiſſimam ingreſſus viam, dum quam ſimpliciſſime, ſed tamen accurate docet, non quantum illi virium in literis fuit, indicare nobis voluit, ſed potius, quod pro ratione temporis & hominum conditione utile exiſtimabatur. Profecto maxima hominis eruditio & ingenium præclariſſimum facile agnovit, quid in quaque re utile, quid conveniens, quidque commodum fuerit, atque ob id tractandi rationem, quam peculiariter ſibi delegit, nullus ſanioris judicii reprobaverit. Nam ut exacte & aperte ſcribendi facultatem in omnibus operibus ſuis adhibuit, ita in hoc *ſplendido Pſalmorum commentario* (quem ſub auſpicio numinis tui feliciſſimi in lucem, pater ampliſſ. jam iterum damus, quod prior editio nec ſatis caſtigata, propter typographorum incuriam, nec T. Magnificentiæ propter profectionem cum Cæſare oblata fuerat) conſulto diligentius obſervavit. Quando ſacratiſſima iſta cantica, & myſteriis ſcatentia mirificis, non maximis ſolum ingeniis edita ſunt, verum & minutiſſimis & rudiſſimis, neceſſarium fuit, ut ita rem tractaret, & ſtylum ſubmitteret, quo ab omnibus juxta intelligi ac legi poſſet.

Der Autor ſelbſten ſchreibt in gedachtem Commentario, p. 4. de intentione & forma procedendi præſentis editionis, (ſind ſeine formalien/) wie er die Sache tractiret: Quamvis autem ſacra ſcriptura jam à ſanctis & magnis ac orthodoxis docto-

ribus

ribus pleniſſime videatur expoſita, præſertim liber Pſalmorum, nullusque poſſit David perfecte exponere, niſi ſpiritus ſanctus, qui per David locutus eſt, animam ejus copioſe illuſtraverit, docuerit, at perfecerit. Nihilo minus in Dei bonitate vehementer confidens conabor, quod proprias vires prorſus excedit, nempe ipſum *pſalterium* utcunque elucidare ſpe præmii, quod ſapientia pollicetur, dicens: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Et iterum: *Qui multos erudiunt ad juſtitiam, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates:* Quod de iis intelligere congruit, quorum vita ſeu converſatio doctrinæ concordat. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas? imo ſicut beatus *Thomas* ſuper quartum ſententiarum oſtendit, qui non implet, quod alios docet, eo ipſo, quo ſibi docendi onus aſſumit, mortaliter peccat, quoniam, quantum in ſe eſt, intentionem ſacræ ſcripturæ evacuat. Porro cujus vita ad docendum idonea eſt, profecto aureolam promeretur, etiam ſi nunquam ore populo prædicet, ſed ſcripturam exponendo, ſeu de theologia codices componendo, univerſis qui eos legerint, ad eruditionem loquatur. Sed ne quis opus iſtud omnino ſuperfluum putet, intendo ſpeciali quodam modo librum pſalmorum exponere. Sic tamen ſpeciali, ut dictis ſanctorum concordet, nec proprio ſenſui credam. Intendo ergo pſalterium ſecundum multiplicem intellectum, prout dominus dederit, explanare. Videlicet literaliter, allegorice, tropologice, & anagogice, quantum textus

ipse permittit & mihi possibile fuerit, ejusdem literæ nunc plures, nunc pauciores expositiones tangendo, prout materia exigit. Postremo quemadmodum à superioribus meis mihi injunctum est, propono styli colorem, loquendi difficultatem, & impertinentes subtilitates vitare, & plano ac simplici modo procedere &c.

D. Spener in der Evangelischen Glaubens-Gerechtigkeit führet ihn etliche mal als einen Zeugen der Wahrheit wider das Papstthum an. vid. p. 167. 184. 387. 609. 630. 685.

Den Carmeliten/ GALTERUM DISSÆUM, einen Engelländer/ führt zwar *Sixtus Senensis* loc. cit. p. 232. als einen Commentatorem in Psalmos an/ und nennet ihn Virum sinceræ pietatis ac doctrinæ, concionatoremque illustrem: weil er aber nur über einige von denen erstern Psalmen geschrieben/ gehen wir ihn jetzo vorbey/ wenn wir nur dieses noch werden erinnert haben/ daß er unter dem Käyser Wenceslao Ao. 1390. gelebet habe. Conf. *Possevinum* l. c. p. 614.

DAVID DIXONUS, wie *Kempius* in Biblioth. Anglic. p. 75. oder wie *Crovvæus* in Elencho p. 107. setzet/ DICKSONUS, Scotus, in Acad. Glascuensi Theolog. suæ Professor edidit in Psalmos, Matthæum, Hebræos, anglice commentarios, fol. 1659. item in 4t. separatim 1654. in 8. welchen Autorem aber nie gesehen.

Von dem Cardinal JOHANNE DOMINICI wollen wir auch nicht viel Umstände machen/ weil er nach *Sixti Senensis* Bericht l. c. p. 265. nur über die ersten IX. Psalmen geschrieben/ darüber er zu

Flo-

Florentz in der Dom-Kirche funfftzig Predigten gehalten / und zwar alle miteinander zwischen dem Sonntage Septuagesimæ und dem dritten Oster-Feyertage / also daß er auf diese Weise meistens alle Tage geprediget hat. Conf. *Anton. Possevin.* l. c. p. 866. *Sig. Ferrarius* in Hungaria pag. 443. *Quittingerus* in Specim. Hung. lit. p. 120.

RODERICUS DOSMA, Delgado, Pacensis, sive Pax-Augustanus (Badajoz nunc dicimus in Beturia seu Extremadura deformato à Mauris vocabulo urbis non incelebris) natus ibi anno MDXXXIII. die XXI. Julii ex stirpe cognominis Petri alterius Dosma, qui unus ex primi Peruani regni expugnatoribus fuisse memoratur, pretiosissimosq; ibi lapides Bezoaris atque eorum usum primus invenisse, ut refert *Nicolaus Monardes*, Medicus Hispalensis, in quadam *Epistola* ad nostrum scripta. Canonicus fuit quidem Ecclesiæ suæ Pacensis, ac Magister Theologus Salmanticæ renunciatus, in qua schola refert se Magistrum Sotum ad extremum usque vitæ docentem audivisse. Vir certè eruditissimus, linguarum Biblicarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ præter Latinam & Græcam, aliasque per Europam vulgares, quas sibi diuturnâ peregrinatione familiares fecerat, cognitione, humaniorumque disciplinarum, ac multo magis sacræ scientiæ studio sese adeo nostris hominibus probavit, ut & à Rege ipso Philippo II. Chronographi regii titulo cohonestaretur. Hominem in paucis veneratus est *Benedictus Arias Montanus* operis sui princeps. Reliquit ingenii sui hæc monumenta:

Ad Sanctorum quatuor Evangeliorum cognitionem spectantia opera, in duos tomos distincta: nempe primus continet

Quatuor Evangeliorum recens recognitam translationem: cui è regione vetus, & vulgata editio respondet: deinde *Quatuor præparatorios libros*, quorum — —

Primus continet Chronographiam ab orbe condito usque ad excidium Hierosolymorum;

Secundus Topographiam locorum ad sacras literas pertinentium post Hieronymi laborem de locis Hebraicis non inutilem, quippe locupletiorem & auctiorem, comprehendit.

Tertius de consensu & ordine Evangelistarum agit.

Quartus methodi totius rationem reddit, & varios Indices contexit. Sequuntur

Quatuor Evangelicæ Historiæ ex quatuor Evangeliis coagmentatæ libri.

Paraphrasis est *Evangelicæ Historiæ, quæ quatuor libris digesta, quæcunque in sacris Evangeliis habentur, explicat*. Madriti prodierunt ex officina regia 1601. in folio.

Expositio sive paraphrasis in sacros CL. Psalmos, & in Cantica Canticorum cum annotationibus & scholiis, Madriti apud Ludovicum Sanchez 1601. in 4t.

De Autoritate S. Scripturæ, ac eâ introductorum Libri III. Pinciæ apud Didacum Fernandez de Corduba 1594. in 4t.

Patriæ verò linguæ hæc sunt — —

Tratado del Sacramento de la Penitencia, y calidades del Confessor y Penitente. Madriti 1601. in 4. cui

Latina

Latina appensa est quæstio : *Sitne à peccatis absolvendus fidelis in mortis articulo nullum verbum explicare valens cum pœnitentiæ signis repertus* ; atque item, *de Pontificio decreto super abortus crimine.*

Dialogos Morales, Ibidem eodem anno in 4t.

Dialogos patrios de la real ciudad de Badajoz. Ibidem eodem anno in 4t. hoc est, de antiquo nomine & historia hujus urbis ; stylo quidem affectato & semi-latino, quo alias uti non solet. Accessit his - -

Un Catalogo *de los obispos de la misma ciudad.*

Item hæc alia, invisa hactenus, quorum utique spem fecerat, & ad quorum editionem impetratam habebat regiam facultatem ; scilicet - -

De Theologia nativa, cum consideratione entis, & qualitate propositionum.

De communi Mathematica.

De Arithmetica.

De Perspectiva.

De Sphæris.

De Computo ecclesiastico.

De Ponderibus & potentiis.

De Monetis & Mensuris.

De Geometrica cum parergis & Conicis.

Annotationes in Euclidem, Archimedem & alios.

Et vulgaria hæc — —

Varias *Poësias devotas.*

Mortuus est ante annum MDCVII. quo scribens *Tudensis urbis Historiam*, Prudentius de Sandoval Benedictinus fol. 153. de eo habet, quæ vulgari linguâ damus — *Rodrigo Dosma Canonico de Badajoz, doctissimo en todas facultades, aunque confuso y*

desabrido en sel ingenio, y mi amigo, a quien Dios perdone. Jacet in Pacensi sacra æde Cathedrali. *Antonius* in Biblioth. Hisp. P. II. p. 113.

Von D. JOH. DRACONITE, haben wir Psalterium cum translatione fontis Ebraici, Chaldaica, Græca, Latina, Germanica, ac explicatione Grammatica linguæ & Scripturæ Sanctæ, & Indice regni Christi. Witebergæ MDLXIII. in fol. Dieses Werck hat er dem damaligen Marggrafen zu Brandenburg und Hertzogen in Preussen Alberto Seniori von Wittenberg aus Ao. 1563. dediciret/ allwo diese Worte merckwürdig: Etsi verò quis interpretum ac explicatorum Psalterii sit melior, & ad fontem propius accedat, pronunciare mihi sit religio: facilè tamen dixerim, Theologos Vitebergenses Psalterii translatoribus atque explicatoribus antecellere. Quorum spiritum imitando, reor hanc me Psalterii vocem implere: Socius ego sum omnium diligentium te & servantium tua mandata. Dum enim Hebraica Biblia cum tot linguarum interpretibus conferrem, ac mihi tripertirer (tanquam horis succisivis tribus, Mosen, Prophetas, Psalmos grammaticè prælecturus) comperi, non modò Wittebergenses tot parasangis aliis interpretibus atque explicatoribus præcurrere, sed etiam Psalterium nil aliud esse, quam parva Biblia, cujus singuli Psalmi summam propemodum universæ scripturæ complectuntur. Verum quæ lingua potest gratiarum satis agere Spiritui Dei sancto pro verbi patefactione de Servatore nostro *JEsu Christo*, per linguam sanctam & dul-

ces

ces Iſraelis Pſalmos eorumque interpretes ac explicatores facta? Præſtiterit forſan, inclyte princeps, τὴν ἀπολογίαν *emanſionis* pangere, ſunt enim, qui ſtudium Eccleſiæ per ſolutum interpretentur Eccleſiæ neglectum. Sed apud intelligentem principem Dei voluntas eſt optima defenſio. Quemadmodum enim cauſa profectionis conceſſæ fuit amor Witebergæ, cujus judicio ſubjiciebam Pentaplum & ritus ſequebar: Ita manſionis in ea cauſam nullam adfero, præter Dei voluntatem, & conatum ad vocationem redeundi ſublatis impedimentis: quam primum Geneſin abſolviſſem, non inſcia C. T. cœptam. Ut autem ſecurius præeſſem, & ſpes foret alibi pentaplum abſolvendi: conabar libris complutenſibus & matricibus cum inſtrumentis fuſoriis literarum Chaldaicarum & Ebraicarum coëmtis, non modo literas utriusq; linguæ fuſas probare, ſed etiam triplex pentapli ſpecimen excuſum mecum referre. Ac quoniam inaudierā Clementiam tuam paſſam eſſe, Diœceſim à morte Sperati, multos annos, per inſpectionem Archipresbyterorum & *Præſulis Samlandenſis* adminiſtrari: ſperabam, Clementiam quoque tuam abſentiæ meæ tantillam moram boni conſulturam, & ideò libentius paſſuram, ut Diœceſis per eosdem non diutius adminiſtraretur, quam Geneſis abſolveretur, quia ſemper etiam fui paratus alere, qui vices abſentis mei tantiſper gereret.

Nec porrò ſumptibus alienis Pentaplum excudi cœptum eſt, ſed principalibus; ideoque cum ſtipendii particula, quicquid de patrimonio ſuper-

perfuit, propter Ecclesiam in hujus operis editionem contuli, & conferam auxilio Clementiæ tuæ, quia scio Diœcesim multis egituram ministris scripturæ doctis: & nos nostraque omnia debemus Ecclesiæ Christi. Confido, propositum Ecclesiæ salutare tuæ sapientiæ minimè displiciturum.

Qua propter adversus eos, quibus nihil est pulchrum, nisi quod suum est, volebam hujus consilii judicium limatulum, & laboris patrocinium, nedum emansionis defensionem, apud T. C. quærere: certè propter solam utilitatem publicam ac perennem scholarum atque Ecclesiarum fidei nostræ commendatarum: ut in eis resonent Psalmi de Filio Dei, semperque frumentum ac vinum sit, germinans adolescentes & virgines, ut prophetæ verbis utar &c.

Was es aber mit diesem Wercke vor eine Beschaffenheit und Fortgang gehabt / oder vielmehr wie selbiges ins Stecken gerathen / erzehlet der seel. *Tenzelius* in seinen Monathl. Unterred Ao. 1692. p. 563. seq. D. Draconites hatte die Biblia Pentapla angefangen / darinnen der Ebräische Text / samt der Chaldäischen / Griechischen / Lateinischen und unsrer Teutschen Version vorkommen solte / nicht nach denen columnen, sondern Linien-Weise / also daß allezeit eine Ebräische / hernach eine Chaldäische / wiederum eine Griechische / denn eine Lateinische / endlich eine teutsche Zeile untereinander stehen / und der Leser auf einmal sehen könte / wie ein jeglich Ebräisch Wort in 4. versionibus gegeben würde. Es ist aber nicht mehr in Druck kommen / als

als an. 1564. die Sprůchwörter Salomonis / und der Prophet Malachias / anno 1565. Zacharias / Joel und Micha. Der Herr von Seckendorff hat in seiner unvergleichlichen Historia Lutheranismi Lib. I. pag. 279. dieses Mannes auch gedacht aus Melchiore Adamo. Er war von Carlstadt bürtig / nahm zu Erffurt den gradum Magisterii an / zog zum Erasmo und Paulo Fagio, ließ sich von diesen in der Ebräischen und Chaldäischen Sprache unterrichten. Zu Wittenberg ward er Doctor Theologiæ und darauf nach Marpurg zum Professore vociret. Als ao. 1530. die Augsburgische Confession übergeben wurde / war er auch dabey / ingleichen halff er das Concilium der Hessischen Theologen wegen des Concilii stellen / wovon der Herr von Seckendorff Lib. III. p. 145. handelt / und ihn pag. 153. unter die rechnet / so die Articulos Smalcaldicos unterschrieben. Nach dem hat er zu Rostock Theologiam profitiret / und ob er gleich von Hertzog Albrechten in Preussen zum Bischoff in Samland gemacht worden / hat er doch sein geistlich Studium dieser Würde vorgezogen / sich wieder nach Wittenberg gewendet / und seinen Bibliis Pentaglottis obgelegen / darüber sein Leben anno 1560. beschlossen / welches er über 70. Jahre gebracht hatte. M. Christoph Hartknoch hat in seiner Preussischen Kirch-Historie Lib. II. Cap. III. pag. 405. den Adami refutiret / und gezeiget / daß Draconites nicht Bischoff auf Samland / sondern nur Præsident des Bisthums in Pomesan worden. Und ob er gleich nicht gewiß sagen kan / in welchem

Jahre

Jahre Draconites in Preussen kommen/ so beweiset er doch / daß er weder Ao. 1558. noch 59. drinnen gewesen; sondern anno 61. zu Königsberg 6. Predigten von der Passion Christi drucken lassen/ und in der Zuschrifft an den Hertzog seines Berufs zum Præsidenten-Amte gedacht/ daraus zuschliessen/ daß es kurtz vorher müsse geschehen seyn. Es zeugen aber die Preussischen Chronicken/ daß er kaum ein Jahr im Lande gewesen. Was die Ursache dieser schleunigen Abreise sey / kan Hartknoch nicht melden / nur daß Henneberger (in Descriptione Prussiæ) schreibet / er sey weggezogen / weil er das gantze Bistthum nicht haben können. Also sey er nach Wittenberg gezogen / uud über dem grossen Biblischen Wercke gestorben anno 1560. den 18. April. Diese Jahrzahl ist falsch und muß ohne allen Zweifel 1566. heissen / nicht nur / weil Draconites erstlich anno 1561. in Preussen kommen/sondern auch/weil er anno 1564. und 65. den Anfang mit dem Drucke seines Bibel-Wercks gemacht / davon ich in D. Pauli Eberi, damals Theologi und Superintendentis zu Wittenberg / eigenhändigen Briefschafften unterschiedene notabilia gefunden / so nicht unangenehm seyn werden. Er hat Anfangs des Draconitis Vorschlag denen Nürnbergern recommendiret / sonderlich dem Herrn Georgio Kandlern/ J. U. Doctori und S. Marci Equiti, an den er feria quarta post Pentecosten anno 1564. geschrieben. Draconites dedicirte hierauf die obgedachten Sprüchwörter Salomonis dem Rathe zu Nürnberg/ und Eberus schrieb an den Herrn Baumgartner

ner auf Martini desselben Jahrs eine abermalige Recommendation mit dem Beysatze / daß Draconites ferner das erste Buch Mosis oder einen Propheten heraus geben wolle. Es scheinet aber / als ob es ihnen nicht recht hätte angehen wollen / derowegen sie sich nach Dreßden zu dem Chur-Fürsten Augusto gewendet / und dessen Beyhülffe begehret / durch einen seiner Hof-Prediger / an den Eberus den letzten Februarii Ao. 1565. geschrieben. Des Hof-Predigers Nahme stehet zwar nicht im Concepte des Briefes / ist aber ohne Zweiffel M. Ambrosius Clauiger / oder M. Christianus Sagittarius, an welche beyde er zugleich den 9. April. des gedachten Jahrs geschrieben / und gebeten / es möchte auch dem Draconiti ein Gratial gereichet werden / weil er vernommen / daß denen Buchhändlern aus der Churfürstlichen Cammer tausend Ducaten vorgestrecket worden / damit sie feine Littern und gut Papier anschaffen könten / und daß sie beschlossen / wenn sie von der Franckfurter-Messe wieder kämen / den Anfang zu machen. Solches ist zwar geschehen / wie aus den obgemeldeten Propheten / so in Druck kommen / zu erkennen / allein Draconites hat kaum noch ein Jahr gelebet / dessen Tod Eberus in einem andern Brieffe mit diesen Worten bedauret: Qui quidem nos eo magis contristavit, quod labor ille interruptus est, quem decreverat impendere editioni *Pantapli Biblici*, quod sane opus existimo Ecclesiæ non parum profuturum fuisse. Er hat auch diesen Fall dem Churfürsten berichtet und sub dato Dreßden den vierzehenden Junii anno 1566. diesen Be-

Bescheid erhalten: Aber des Herrn D. Draconitis seeligen Abgang haben wir ungerne erfahren. Wo es zu GOttes Ehre gereichen/ und seiner Seelen Heyl seyn sollen / hätten wir ihm sein Leben wohl gönnen / und gerne sehen mögen / daß er das Werck / des er sich in seinem Alter unterfangen / bey seinem Leben noch vollend vollbracht hätte. Weil es aber GOtt anders gefallen / so wollen wir kürtzlich einer unserer Hof-Prediger zu euch senden / der mit euch conferiren und rathschlagen solle/ob und wie solch Werck fürzunehmen/ und zu continuiren. Was wir alsdenn nach gehabter Berathschlagung erinnert werden/ das zu Beförderung Göttlicher Ehre und seines heiligen Worts dienstlich seyn möge/ dem wollen wir nachsetzen und an uns nichts mangeln lassen. Ihr habt auch an dem recht gethan/ daß ihr etliche Bücher aus Doctor Draconitis Liberey/ so zu solchem Wercke nützlich und nöthig / ausgesetzet / und bey euch in Verwahrung behaltet. Denn so man derselben nicht bedürffen würde / soll seinen Erben an dem Eigenthum derselben nichts benommen seyn. Nichts destoweniger ist das Werck gantz ins Stecken gerathen / und ob gleich ein Studiosus zu Wittemberg/ Edo Hildericus Jeverensis, den 13. Junii anno 1567. an Eberum geschrieben und seine Beyhülffe zur Continuation offeriret / so finde ich doch nicht allein keine Antwort von Ebero, sondern auch sonst weiter nichts. Ein mehrers wol-

wollen wir von diesem Draconite ins künfftige melden.

Bekannt sind auch des von uns schon offt erwehnten JOHANNIS DRUSII fragmenta veterum Interpretum græcorum in Psalmos Davidis. Antv. 1581. 4t. *Christoph. Besoldus* in Discurs. Polit. Sing. pag. 99. nennt ihn Virum probum & variè eruditum. Quenstedt in patriis viror. erudit. p. 108. linguarum Orientalium cognitione apprimè imbutum. *Leighius* in Tract. de erudit. Virum Linguæ Hebraicæ peritissimum, & in Scriptis Rabbinorum versatissimum. *Jac. Crucius* L. I. Epist. I. virum nulli in literatura Hebraica secundum. *Theod. Beza* Præf. ad N. T. annotat. Virum certè magnam diligentiæ & eruditionis laudem plurimis editis tractatibus meritò consecutum. D. Joh. Gerhard in Explic. Evang. p. 477. & 558. Linguarum peritissimum. D. Walther in Harmon. Bibl. p. 15. Orientalium Linguarum Aquilam. *D. Joh. Frider. Scharffius* in Controv. Ebræo-Syr. p. m. 2. Virum ob excultam Philologiam Orientalem per totum orbem celeberrimum. Rud. Mart. Mehlführer in Dissert. I. de Jesu in Talmude p. 17. Virum literarum Rabbinicarum extra controversiam peritissimum. *Vitringa* in Synag. vet. p. 800. virum in discernendis vocum significationibus acutum.

Hingegen urtheilet D. Pfeiffer in Dec. Select. Exercit. II. p. 34. seq. von seinen Commentariis: Solenne est Drusio multa ponere, pauca statuere — Qui nos iniquiori animo in Drusium esse putant,

ſciant, eum nec ſuis adeò placuiſſe. *Riveti* de eo hoc eſt judicium: In eo nunquam mihi placuit tanquam ex tripode ſæpè prolata ſententia & aliorum contemtus. & pag. 40. Scilicet pueri ſunt Druſio, quicunque fidem denegant inveteratis erroribus ipſius, qui ut annoſa arbor

Quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice ad tartara tendunt.

Joh. Jac. Jenſenius in Diſſert. de Herodianis §. 8. Perſpicaciſſimus & in hac literatura verſatiſſimus Druſius ingentem commiſit errorem, quod ea, quæ de avibus in Baal Aruch dicuntur, de Herodianis, quos procul dubio & ipſe pro hominibus habuit, intelligat. *Eberh. Rud. Roth.* in Diſſert. de Eſſenis. p. m. 1. Druſius ſuis interdum affectibus nimium quantum indulget. *D. Carpzov* P. IV. der Leichen-Sprüche p. 919. Druſius machts in ſeinen notis ärger/ als kein Papiſt nicht thut. Unterſchiedliche Cenſuren finden wir in *Scaligerianis* II. p. 67. als in einer Paſteten confus durch einander liegen. Druſius ne reſpond pas bien à ſon adverſaire: Il ne fait qu'un per pour ſa reſponſe. An Druſius ſit hæreticus? En un petit liure il fait 4. ou 5. livres, ce qui eſt ridicule de les faire ſi petits. Il n' a pas leu les Rabbins. Il eſcrit encore plus mal que Ramus, qui eſcrivoit fort mal. Je penſe qu'il eſcrit avec de l' eau, il y prend plaiſir, & y penſe eſtre eſtimé habile homme. En ſon livre contre Serarius il le manie trop doucement. Nos convenimus in multis. Je n' ay pas pris de lui. Druſius a bien fait, mais il eſt hai de ſes compagnons, qui ſont barba-

res

res. Il eſt de mauvaiſe renommeé, car il paillarde, & ſa fille auſſi; ſon logis eſt un bordel. Il en ſcavoit plus que Dujon. Le pauvre jugement que Druſius. Il ne ſcait rien que ſa Grammaire. Il ne ſcait paſtant que Serarius, ſi non en Grammaire Hebraique. Il a dit à tout le monde que je donnerois de nos livres contre Serarius, a fin qu' il en espargnaſt autant. Il a eſté ſi fou que de dedier mon livre au Roy d'Angleterre. Son livre de nomine Dei Tetragrammato Jehova eſt beau. C'eſt une folie de lire Jehova. Il faut lire Adonai. Iſtas Epiſtolas Hebraicas Druſius, non intelligeret, & ego melius utar, quam ille. Filius ejus eſt Patre doctior, in Hebræis Druſius, Lipſii *Simius*, habet miram Latinitatem, non Latine ſcribit. Druſius n'eſt rien auprés Buxtorfe. Il y a 30. ans qu'il enſeigne la Grammaire, & ne ſcait que cela, & mirum eſſet, niſi ſciret optimè. Ego bene ſcio, quid ſit Druſius, eſt doctus in Grammaticis, & in textu Hebræo. Ingenium Gallicum aliud eſt quam ingenium Batavicum. Druſius noluit unquam ſubſcribere Confeſſioni noſtræ, & propterea illi malè volunt ſui Collegæ. Druſius neſcait ce que c' eſt de Religion: Il n' eſt pas de nôtre confeſſion, il a toûjours été nourry à Louvain entre les Papiſtes. Serarius avoit ouy dire quelque choſe de ce qu'il n'avoit pas voulu ſigner noſtre Confeſſion. Druſius non eſt doctus, licet ſe putet eſſe doctiſſimum.

Dem NICOLAO DUNCKELSPULIO, Patria Suevo, Gymnaſii Viennenſis Rectori, qui ſuperfuit A. 1431. quo ab Academia Viennenſi delega-

tus Concilio Basileensi interfuit, wie *Henr. Wharton* in appendic. ad *Cave* hist. lit. p. 68. meldet) wird auch ein Commentarius in Psalmos von *Draudio* l. c. pag. 349. zugeschrieben/ mit dem Beysatze/ daß *Possevinus* Tom. I. Appar. p. 385. ebenfalls davon Nachricht gegebẽ/ der aber in meiner Edition nichts davon meldet/ ohngeachtet er daselbst seiner Art und Gewohnheit nach den Simlerum, dessen er doch mit keinem Worte gedacht/ treulich ausgeschrieben. Es gedencket auch Sixtus Senensis l. c. p. 276. nichts davon. Also lassen wir diesen Autorem nebst andern erroribus *Draudii* passiren.

HIERONYMUS DUNGERSHEIM hat Collecturam super tribus quinquagenis Psalterii geschrieben / von welchem unbekannten Autore ein Anonymus, den *Joach. Joh. Maderus* A. 1660. in 4. ediret / sub. tit. Scriptorum Insignium Centuria n. 94. diese Nachricht ertheilet: Dungersheim, natione *Ostro-Francus*, patria *Ocksenfurtensis*, diœcesis *Herbipolensis*, artium & S. Theol. Professor, in studio *Lipzensi* primo coaluit, & in artibus multis annis rexit, & primos in Theologia gradus pro labore ac fideli studio ac vitæ integritate assecutus est. Dehinc cum in diversis locis verbum Dei aliquot annis non sine maximo populorum fructu disseminasset, tempore jubilei ad *Germaniam* per *Julium* Papam II. post annum Dom. 1500. concessi, Commissarius & Prædicator Domini *Raymundi* Cardinalis & Legati fuit, cujus & amicitias haud modicas consecutus est. Post hæc & ad extera concessit studia, *Bononiense*, *Senense* & *Colonien-*

loniense, ubi in Theologia & jure Canonico proficiens, tandem *Lipzim* reversus, ab Illustrissimo Principe *Saxoniæ Duce* plurimum sibi gratioso ex camera ipsius stipendiatus, ac majoris Collegii ibidem Collega designatus, literas divinas multis annis cum magno discipulorum profectu edocuit. Existens autem *Romæ* pro nulla instetit beneficiali provisione, nec etiam à Curialibus ad hoc persvasus aut instare, aut occasione gradus Doctoralis vacantias mittere voluit, malens mediocritate sua contentus esse, quam fraudibus & periculo, quod multi talium solent, quicquam assequi. Cum itaque vir sit emunctissimi ingenii & magnæ doctrinæ, nullum prorsus tempus transire sinit, quin aliquid aut legat, vel posterorum ad utilitatem conscribat. — — Vivit usque hodie, plurima Scripta versans manibus, in prædicto *Lipzensi* Gymnasio, cum magna vitæ fama, & suæ gloriæ, annos natus XLVIII. sub *Maximiliano* Imp. & *Leone* PP. anno 1514.

Gedachter Autor fügt auch dieses Dungerheims unterschiedliche Schrifften mit bey / die zum Theil / wie der seel. *L. Feller*, dessen exemplar nach seinem Tode überkommen / mit eigner Hand contestiret / in Biblioth. Colleg. Maj. Lipsiensi in MS. verwahret werden.

Eben dieser L. *Feller* schreibt in seinen Cygnis Quasimodog. Cap. I. Non possum non *Dungersheimii de Ochsenfort* mentionem injicere, præsertim cum & *Johannis Tezelii*, famosissimi illius indulgentiarum Papalium nundinatoris, qui Cy-

gneæ aliquandiu Concionator extitit, in Chronico Cygneo Part. I. pag. 380. fiat mentio; ad quem locum & *Joh. Petrei* præfatio über das Ablaß-Büchlein meretur conferri. Erat ille Dungersheimius natus in Ochſenfort Anno 1465. loco diœceſeos Herbipolenſis, & Magiſterii titulo in hac Alma Anno 1489. exornatus. Presbyterio dein in civitate Herbipolenſi initiatus diverſis in locis concionatorem egit, peracto Italico itinere Lipſiam reverſus & Collegii Principum Majoris Collegiatus, & Theologiæ Profeſſor fuit factus, in quibus functionibus & Anno 1539. atque adeo proxime ante Lipſiam reformatam, obiit. Is præter alia ingenii monumenta & viginti tractatus partim Latinos, partim Germanicos adverſus Lutherum edidit, à quo etiam in epiſtolis Tom. II. p. 264. non obſcure *bos Lipſicus*, ut & *caput groſſum Lipſienſe*, de quo ipſe Ochſenfort, (ita enim à patria fuit inſignitus, uti *Petrus Moſellanus Georgius Frickenhuſius*, *Johannes Regiomontanus* ſexcentique alii) conqueritur, appellatus eſt. Sed levis armaturæ miles non minus, quam ceteri, qui contra ſe ex Monachis inſurrexerunt, Luthero fuit viſus; & ecce! parvam Lutheri epiſtolam, qua ingentem Dungersheimii molem, hoc eſt, prolixiſſimas epiſtolas uno velut ictu ſubruit ac ſubvertit: *Martinus Lutherus Hieronymo ex Ochſenfurt S. Sane optimas vos ſemper majores habetis, mi vir, & peſſimas minores. Aliud non habetis in ore, quam Eccleſia, Eccleſia, hæretici, hæretici, & non vultis uni homini dictum: probate omnia, &c.* At

ubi

ubi Ecclesiam petimus ostendi, ostenditis nobis unum hominem Papam, cui omnia tribuitis. Et cætera. Sed quid hæc ad tuam, inquies, Cygneam? Scilicet dum Presbyteris adscriptus variis in locis prædicatorem agebat Dungersheimius, etiam Cygneæ per annos aliquot concionatoris obibat partes. Ita enim ipsemet D. Ochsenfort refert in curriculo vitæ à se ipso consignatæ, quod in excussione librorum Collegii Principum Majoris reperi: *Anno 1501. sui conductus prædicator in Zvviccau ad Beatam Virginem, ubi ad quartum annum permansi propter probitatem populi NB. tunc ibidem* (ita de studio loquitur, quia Cygnea ipso adhuc superstite mature à Papismo descivit.) Porro: *A. 1503. fui missus cum duobus de consulatu à Zvviccaviensibus ad Cardinalem Raymundum legatum à latere, qui pervenimus ad eum Witteberga, cum & ipse universitatem ibi introduxit, & Ecclesiam Collegiatam ibidem consecravit, ubi & ea, pro quibus emissi eramus, expedivimus.* NB. Fuit eodem tempore Cardinalis idem Lipsiæ à *Georgio* Duce Saxoniæ magna cum pompa, & oratione latina, quæ edita est à *Conrado Wimpina de Fagis* exceptus, sed cum in cœnobio Paulino hospitaretur, idem à famulis ejus per incuriam fuit incensum, referente *G. Fabritio* in Annalibus verbis Misnæ fol. 76.) *Anno 1504.* (ita enim pergit Dungersheimius) cum munere Zwiccaviensium & literis promotorialibus Facult. Theol. Lipsiensis ivi in Italiam post Pascha, &c.

Wann wir *D. Backii* Prolegom. in Psalm. p. 9.

trauen wolten / so hätte auch D. PAULUS EBERUS einen Commentarium über die Psalmen geschrieben. Denn also lauten seine Worte: Eberus A. 1564. suum Commentarium Pragæ Imperatori Maximiliano latina Oratione præmissa, humillimè obtulit, & præsente quidem *Dasio* (soll Zasio heissen) Vice-Cancellario, Imperator dixit: Orate pro me misero, qui in doctrina vestra, in Aug. Confessione comprehensa, per Dei gratiam, vivam & moriar. Refert *Selneccerus* in quadam Oratione Ao. 1590. de Luthero & Aug. Conf. habita, quæ postmodum Ienæ impressa &c. Als ich aber in gedachter Oration *D. Selnecceri* nachgesucht / fande ich / was die Person und einige Umstände betrifft / eine gantz andre Erzehlung. Denn also schreibet *Selneccerus* von sich selbst / und nicht von *Ebero* l. c. p. 52. Cum aliquando huic Cæsari, jussu Electoris, offerendum esset Psalterium à me Germanicè explicatum, audit ille me clementissimè, & præsente Zasio Vice-Cancellario, cujus etiam humanissimas literas ad me scriptas magnifacio, respondens inter cætera inquit: Quod moneor de Constantini, Theodosii, & Martiani exemplis imitandis, agnosco pietatem: sed quis ego sum, aut quid & quantum possum? Orate pro me misero, qui in doctrina vestra, quæ Confessione Augustana comprehenditur, per Dei gratiam, vivam & moriar, &c.

Der gantze Psalter Davids / des Mannes nach dem Hertzen GOttes / ist in eine richtige / kurtze und deutliche Erklärung gefasset: also daß ein jeder einfältiger Christ nicht allein die Worte der Psalmen

wohl verstehen / sondern sich auch derselben zur Lehre / Trost und Erbauung nützlich gebrauchen kan. Aus denen hiebevor gehaltenen Predigten verfertiget / durch HEINRICUM ECKHARTEN / der heiligen Schrifft Doctorn, Fürstl. Sächsischen General-Superintendenten zu Altenburg / ist 1623. zu Leipzig in fol. heraus kommen. In der an den Sächsischen Fürsten **Johann Philipp** und dessen Gemahlin gerichtete Dedication wird dieser Umstand mit angemercket: Als ich Anno 1610. von dem Herrn Grafen zu Schwartzburg nach Franckenhausen zum Superintendenten-Amte ordentlicher Weise beruffen worden / und kurtz zuvor / in damaliger vacanz, einer meiner Collegen etliche Psalmen extraordinariè zu erklären angefangen / ich auch vermercket / daß ich meinen Zuhörern eine sonderliche Liebe und angenehmen Dienst leisten würde / so ich in denen ordentlichen Wochen-Predigten die vollständige Erklärung des Psalters an die Hand nehmen würde / so habe ich in GOttes Nahmen solch Werck auf mich genommen / und es durch Hülffe des heiligen Geistes an dem Orte biß auf den **hundert und vierzehenden Psalmen** gebracht; und hernacher den übrigen Rest allhier zu Altenburg vollends hinaus geführet / mich aber an beyden Orten dahin beflieſſen / daß meine Zuhörer ihnen diß Büchlein in seinem rechten Verstande bekandt machen / und daraus artem recte orandi, bene vivendi, salutariter pœnitendi & beatè moriendi erlernen möchten / wie ich denn auch hoffen wil / daß meine Arbeit nicht werde vergebens gewesen seyn.

In der Vorrede schreibt er mit Grund der Wahrheit: Es sind diese meine Predigten / wie auch fast alle andere / nur conciones populares, und wie sonsten mein Brauch ist / also habe ich auch in Auslegung des Psalters mich allenthalben der Kürtze und Einfalt beflissen / und ohne Einmischung grosser Subtilitäten / Seraphischer Künsten oder Streit-Händel / einig und alleine dahin gesehen / daß die Zuhörer den rechten Verstand eines jeden Psalms fein deutlich und einfältiglich vernehmen / und wie sie denselben zu ihrer Application, Lehre / Trost / Unterricht und Erbauung gebrauchen solten / lernen möchten.

Nun ist aber der jetzigen klugen / hochtrabenden und überwitzigen Welt mit solcher Einfalt und Lauterkeit nicht gedienet / sondern es gaffet dieselbe nach dem / was da pauset / und hoch daher fleucht. —— Es hat der Aufschub von etlichen dahin wollen gedeutet werden / (immassen ich es einsten in loco illustri & in præsentia virorum præclarissimorum habe hören müssen) als ob ich nur meiner selbsten schonete / und nicht gerne mit diesem Wercke Mühe haben wolte. Bin also durch das vielfältige inständige Anhalten letzlich bewogen worden / die Feder zum Theil selbsten anzusetzen / zum Theil aber die Concepten etlichen verständigen Pastoribus zur de-scription zu übergeben / welche dann auch zwar mehren theils ihren möglichen Fleiß fürgewendet / und sich bemühet / daß sie meiner Manuduction genüge thun möchten / doch aber ist die meiste und grösseste Mühe mir auf dem Halse geblieben / denn ich mit

Recti-

Rectificirung der descripten offt mehr Arbeit gehabt/ als wenn ich alle selbsten mit eigener Hand geschrieben hätte.

Das kurtze doch ruhmwürdige Leben dieses Theologi der A. 1626. ætat. 41. seelig verschieden/ hat Witte nebst allen herausgegebenen Schrifften seiner Dec. V. Memor. Theol. p. 549. seq. einverleibet. Weil aber dabey stehet: Memoria hæc renovata & translata ex germanica concione funebri habita à N. N. so wil dieses Rätzel und N. N. erläutern: Herr M. Petrus Zeller/ Stiffts-Prediger zu Altenburg/ hat zwar die Leichpredigt gehalten/ D. Henr. Freyesleben aber/ Superint. zu Orlamünde/ hat sie revidiret und zum Druck übergeben/ wie in gedachter Leich-Predigt pag. 110. aus diesen seinen eigenen Worten erhellet: Der vielgünstige wehrtgeschätzte Leser wolle freundlich geruhen und sich erinnern lassen/ daß die Herren Eckartischen Erben zwar die ihren liebsten respectivè Ehe-Herrn und Vatern gehaltene Leich-Predigt also bald von Herrn M. Zellern zum Abdrucke bittlich begehret; allein es ist derselbige darüber verstorben/ seine Verlassenschafft auch in unterschiedliche Hände gediehen/ und dahero/ ungeachtet der vielfältigen und fleissigen Nachfrage/ erst vor wenigen Monathen das Concept erhaben worden. Weil aber solches ziemlich verblichen/ und unvollkommen gewesen/ hat es erheischender Nothdurfft nach müssen revidiret und completiret werden/ wie solches die denen in heutigem Seculo lebenden und lehrenden Theologis nicht ungewöhnliche/ und denen Lernenden

nicht

nicht undiensame öfftere aufrichtige Allegata ausweisen.

Die Reformirten Theologi sind meistens nicht wol auf ihn zusprechen / absonderlich Hoornbeck in seiner Summa Controvers. Lib. IX. p. 686. seq. Wie aber wenn man ihn mit gleicher Müntze bezahlte? Er nennet D. Eckhards Fasciculum controv. fasciculum Calumniarum. Könte man denn nicht seine jetzt angeführte summam Controvers. mit gleichem Nahmen belegen? Und pag. 730. schreibt er wieder von gedachtem Buche: Hoc solo nomine commendandum, quod, quæcunque adversum nos comminisci iniquiores possunt, una cum suis argumentis comprehendat, ut ridiculum sit, quod in libri titulo ait, illum continere quæstiones *fere* omnes, quæ inter Augustanæ Confessionis Theologos & Calvinianos disceptantur. Imo vel leviter librum inspicienti apparebit, non meliorem ei quadrare titulum, quam farraginem calumniarum: & Autorem perpetuo hoc agere, I. Ut Calvinianis, quomodo loquitur, impingat falso, quæ nunquam statuunt. II. Unius Doctoris sententiam imponat toti Ecclesiæ, atque omnium faciat communem. III. Quodque pessimum, Doctoris etiam à nostris Ecclesiis reprobati, puta Vorstii. IV. Et non distinguat opinionem alicujus, vel sententiam problematicam, à doctrinâ Ecclesiastica. V. Ex Logomachiis faciat quæstiones & controversias. VI. Exceptiones & instantias ponat, pro quæstionibus principalibus. VII. Atque ut numerum librumque augeret, in quo solo suda-

ſudavit, easdem aliquoties repetit controverſias. Quæ omnia librum perluſtranti, mox liquebunt: quem proinde eo loco habendum cenſeo, quo dixi.

So iſt er auch 10. Jahr nach ſeinem Tode von *Marco Friderico Wendelino* hefftig angegriffen worden in Chriſtiana Theologia. Es hat ihn aber ſein Sohn **Chriſtian Heinrich Eckhard** unter dem Præſidio *D. Joh. Gerhardi* ſtattlich gerettet in vindicatione Eckhardiana, wie er ſeine Diſput. nennet/ und hat alle Calumnien öffentlich zuſchanden gemacht. *D. Alberti* in Quæſt. ad quem in Renovatione gradum homo renatus in hac vita pervenire poſſit Cap. II. §. 11. æſtimirt ihn nicht allein als piiſſimum & accuratiſſimum Theologum, ſondern auch die vornehmſten Theologi ſeiner Zeit e. g. D. Hoë, D. Balduin/ D. Joh. Gerhard/ D. Finck/ D. Meiſner / D. Henr. Höpfner / D. Himmel / ꝛc. haben ihm herrliche Elogia ſeines Pſalters wegen gegeben/ die gleich nach der Dedication mit beygedruckt worden. Gedachter *D. Hoë* nennt es Homilias eruditiſſimas, Commentaria,

Qualia vix dilucidius, vix terſius alter
Edidit, & queis vix dignius extat opus.

Und mein ſeel. Ur-Groß-Vater D. **Friedr. Balduin:**

Plurima qui doctè, qui terſe ſcripſit, in iſtis
Qui ſibi diſſimilis ſcriptor hic eſſe poteſt?

Desgleichen ſagten auch alle nachfolgende Jünger.

EGINHARDUS, ſive *Einardus*, Caroli M. Imp. Cancellarius & gener, deinde relicto ſeculo Monachus Benedictinus & Abbas primus Coenobii Selin-

Selingestadiensis, scripsit circa Ao. 824. Psalterium abbreviatum, excerpendo omnes versus orationis verba habentes, wie *Possevinus* l. c. Tom. I. p. 500. schreibet. *Sixtus Senensis* l. c. p. 225. meldet: Disciplinarum studiis & sanctissimis moribus admirandus, imitatus Bedam, consimili studio abbreviavit & ipse Psalterium Gallicanum, colligens ex eo meditationes, precationes, & gratiarum actiones, quibus ante Deum pius orator cor suum effundat. *Bellarminus* aber in Script. Eccles. sub nomine Eginhardi und *Cave* l. c. p. 364. melden kein Wort davon. Sed transeat, weil er zu unserm Vorhaben nicht gehöret.

EPIPHANIUS, cognomento Scholasticus, natione & lingua Græcus (cujus auxilio Cassiodorus, consul Romanus, & monachus, tripartitam ex *Socrate*, *Sozomeno*, & *Theodoreto*, Græcis autoribus, adunavit historiam,) insigniores præstantissimorum patrum expositiones, ad Psalterium pertinentes, in unam collegit explanationum catenam, cujus initium est: *Eusebii Cæsariensis. Omnes quidem secundum naturam beatitudinem desideramus.* Nomina verò autorum, quorum expositiones in hoc opere continentur, hæc sunt:

Origenes, Athanasius, Eusebius Cæsareæ, Basilius Cappadociæ, Asterius Scythopoleos, Theodorus Antiochiæ, Didymus, Apollinarius, Theodoretus, Cyrillus, Hesychius.

Claruit domini N. JEsu Christi 150. (soll 510. heissen / vide *Cave* l. c. p. 274. der aber gar nichts von diesem Wercke meldet) *Sixt. Senens.* l. c. p. 226.

Epi-

Epiphanio Salaminio Guilh. Crowæus (*in Elencho Interp. S. Scr. p. 119.*) perperam tribuit *Syllogen Interpretum, ante se in Psalmos commentatorum*, Basileæ Ao. 1588. in fol. excusam, sed paulo post, ipse suum emendans Errorem, *Epiphanio* Scholastico Græco, adscribit. *Mollerus* Homonymoscop. pag. 457. Lipenius hat l. c. p. 584. diese Syllogen Interpretum gleichfalls S. Epiphanio Salaminio zugeschrieben.

MATTHÆUS ESENWEIN, Abbas Hirsovianus & Serenissimi Consiliarius, natus Beilstenii anno 1620. d. 5. Maji, patre M. Georgio, tum temporis ibi Diacono, Matre Rebeccâ, Matthæi Vogelii, Præpositi Herbrechtingensis, filia. Vix bimulus matrem amisit, & sub cura Patris scholas Beilstenii, dein Botwariæ, quo pater ad Pastoratum promotus fuerat, frequentavit. Facta autem anno 1634. militum Cæsareanorum in Wirtenbergiam irruptione, studiisque ob belli injurias passim jacentibus, Esslingam se contulit, collaboratoris in Lyceo ambiturus officium, sed mox à *Tobia Wagnero*, Ecclesiaste, & alio quodam viro in domesticum Præceptorem adscitus ad annum usque 1639. ibi permansit, donec restituto in avitas ditiones *Eberhardo*, Wirtenbergiæ Duce, in Stipendium Ducale reciperetur, eâ tamen cum conditione, ut pro convictu 30. florenos quotannis persolveret. Eodem anno Baccalaureatus, & 1640. Magisterii honores, secundo inter competitores loco, adeptus, post aliquot annorum intervallum *Repetentis* characterem accepit.

pit. Anno 1648. Basileam ad celeberrimum Virum, *Jo. Buxtorffium*, Hebraicæ linguæ solidius addiscendæ causa, missus, commercium literarum cum eo postmodum frequens habuit. Elapso semestri in patriam reversus Diaconiam Uracensem primum 1651. & mox eodem anno Tubingensem, conjunctamque Linguæ Sanctæ Lectionem seu Professionem obtinuit. Quibus cum laude non exigua administratis, anno 1659. Decanatum Leobergensem; porro 1661. Kircho-Teccensem; denique 1669. Abbatiam Hirsovianam cum Sessione in Senatu Ordinum Provincialium consecutus est. Nexu maritali se devinxerat 1649. Mariæ Judithæ, M. Johannis Gebhardi, Superintendentis Rötelano-Durlacensis filiæ, quæ novenam illi prolem enixa est. E filiis Patris vestigia feliciter presserunt Dominus M. Matthæus, Calvensium Superintendens etiamnum superstes. Alter Balingensium Pastor & Ephorus præmaturè extinctus. Ipse morti vicinus verba laudum solennium prolixa deprecatus est. Erat Theologus eruditus, pius & sancto zelo fervens, qui patriæ scriptis inservire jam dum pulcrè cœperat. Ob Hebraicæ linguæ peritiam à Serenissima Principe, *Antonia*, Wirtenbergica, singulari in pretio habitus; terrena reliquit Anno 1672. d. 24. Septembris, ætatis 52. Ministerii 23. Concionem exequialem recitavit M. *Joh. Heinrich Wieland*, Superintendens Calvensis ex 1. Joh. I. 7. Monumentum in Templo Hirsoviano, nunc flammis absumto Martialibus, sequentia continebat:

Qui-

Quiescit. hic. &. Voto. potitur. post annorum
LII. Mensium IV. Dierum IV. Labores.

Matthæus Esenvvein.

VIR *Theologus. Christicola. Fidelis. Militare cœpit. Beilstenæ.* ANNO M. DC. XX. die V. Maji. TUM URACI *&* *Tubingæ. Diaconus. Leomonti, & Kircho-Tecca. Antistes. Tandem. in. hoc. Cœnobio. Præsul. per. continua. prælia. circumactus. nasci. Rati.* MORI. *desiit. Vita. &.* VICTORIA *parta. Die 24. Sept.* A. M. DC. LXXII. PLAUDE. LECTOR. TRIUMPHANTI. & strenuè. CHRISTUM SEQUERE. *Fischlinus* in Memor. Theol. Wirtemb. P. II. p. 277. seq. allwo er dieses Esenweins Schrifften gedencket/ absonderlich eines hinterlassenen Manuscripts/ Praxis Psalmorum oder Jesus-Psalter/ darinnen die Psalmen Davids dergestalten aus dem Grund-Text erklårt werden/ daß darinnen JEsus Christus der gantzen Welt einiger Heyland/ mit seiner Person und Amt/ Reich und Wohlthaten/ Feinden und Freunden/ auch derselben Begebnůssen/ in sonderbahren Betrachtungen/ Gebeths- und Gesangs-Ubungen/ neben etlichen historischen Anmerckungen/ von dem rechten Gebrauch und Mißbrauch der Psalmen; also die rechte Praxis Psalmorum einer JEsus-liebenden Seele gezeiget wird.

A. 1707. kam zu Paris *Bernardi de Mont Faucon* Collectio nova Patrum in folio heraus/ davon die unschuldigen Nachrichten (welche allbereit A. 1703. p. 657. aus den Nouv. de la Rep. des lettres dazu Hoffnung gemacht) A. 1707. p. 564. seq. diese Relation erstatten: Man håtte nicht meinen sollen/

daß nach so vielen Bibliothecis Patrum, Spicilegiis und Collectionibus, noch soviel davon zu ediren wäre / als uns der Benedictiner *de Montfaucon*, welcher bißher grossen Fleiß in edendis Patribus erwiesen / aus Manuscriptis dargestellet. Denn er ediret hier zum erstenmal EUSEBII CÆSARIENSIS Commentarium über die Psalmen / welcher noch ziemlich literal ist / und sonderlich überaus viel Fragmenta von der verlohrnen Versione Symmachi giebt; Ferner Athanasii de Legatione Eccles. Ancyranæ in causa Marcelli, Sermonem de fide, Fragmentum de Paulo Samosateno, aliud de Stephano Antiocheno, Epistolam ad Monachos, Sermones in Matthæum, jam demum plenos, Commentaria in Lucam, nunc demum integra, Sermonem de Patientia, & in Ramos palmarum, Fragmenta contra Macedonianos & Novatianos, nebst etlichen dem H. Athanasio angedichteten Schrifften; Uber diß Cosmæ, eines Egyptischen Mönchen / der in Indien gewesen war / Topographiam Christianam, in zwölff Büchern / darinnen er sein Systema mundi vorträgt / daß nemlich die Erde ein plattes Parallelogrammum sey / so überall ummauert und mit dem Himmel als einem Gewölbe bedecket sey. Oben gegen Norden sey ein erschrecklicher Berg / welcher Nacht und Eclipses mache / wenn die Sonne dahinter gehe / oder er zwischen ihr und dem Monden zu stehen komme. Endlich ist in dieser Collection des gedachten *Eusebii* Cæsariensis Commentarius in Jesaiam zu befinden.

Der Editor hat gelehrte Vor-Berichte und Anmer-

merckungen bey jedem Stücke hinzu gethan/ da er unter andern darauf bestehet: Eusebius sey ein Arianer gewesen und blieben; Marcelli Ancyrani hypothesin genau erzehlet/ daß die Epistola Catholica nicht Athanasii Werck sey/ erhärtet/ und daß Eusebius 14. Apostel zehle/ bemercket.

Soviel auch die Psalmen antrifft/ wollen wir eine gleiche Nachricht aus den Actis Erudit. A. 1707. p. 434. seq. einziehen: Collectio nova Patrum & Scriptorum Græcorum, *Eusebii Cæsariensis, Athanasii, & Cosmæ Ægyptii*, in duos Tomos distributa & adornata à *D. Bernardo de Montfaucon*, Presbytero & Monacho Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri.

Parisiis, apud Claudium Rigaud, 1707. in fol. Gloriam, quam in Editione *Athanasii* Parisiensi ultima cum Presbyteris & Monachis è suo ordine aliis communem habuit, solus nunc tuetur eruditissimus *Montfauconius*, quando Trium virorum sanctitatis & doctrinæ laude celeberrimorum opera, in tenebris quasi hactenus sepulta, primus ex Manuscriptis Codicibus Græcis, Italicis, Gallicanisque eruit, Latine vertit, notisque & Præfationibus, istarum plurimas complexis, illustravit.

Agmen ducit *Eusebius Cæsariensis*, cujus *in Psalmos Commentarii* Tomum primum integrum constituunt. Hos Eusebius quidem ipse in scriptis suis aliis nuspiam allegavit, laudavit tamen eos *Hieronymus*, ac meminere eorundem *Theodoretus* & *Gelasius*. *Hieronymus* versionem eorum Latinam *Eusebio Vercellensi* tribuit, verum ista interpretatio

jam diu interiit, unde ejus diligentiam ut æmularetur noster, opus habuit. Ante omnia vero hic Græcum textum è variis codicibus manuscriptis nulla sui parte mutilam ut exhiberet, studuit, inque Præfatione de variis ad hoc opus attinentibus erudite disseruit. Esse hos *Eusebii* Commentarios è stylo probat, quem adhibitæ in Demonstratione imprimis Evangelica dicendi rationi ait apparere quam simillimum, cumque Autor Maximini in Christianos carnificinam, ut oculatus testis, memoret, & hoc indicio *Eusebium* prodi autumat. Tempus consignationis ad annum circiter 327. referendum judicat. Doctrinam in hoc Commentario obviam nævis suis haud carere fatetur, & sententiam præ cæteris, quam de Filio Dei foverit *Eusebius*, examinat, ægrè hanc defendi posse statuens, cum & ex hoc ipso opere dispalescat, quod Arianum ille nunquam non se gesserit. Addit alia, in quibus vel à fide aberrare, vel explicatione ulteriori opus habere videatur, nec miscellanea quædam in his Commentariis observanda, ac idiotismos & singularem quarundam vocum significatum notare omittit. Interpretandi rationem heic adhibitam hoc ferè modo delineat: observationes criticas egregiæ notæ esse dicit, cum præter ea, quæ in Præfationibus afferuntur, non spernenda sane, multa expositionibus suis de ordine & de autore cujusque Psalmi subinde præmittat, quæ judicium peritiamque scriptoris arguant, & in quibus prolixius, sed sine aliquo Lectoris tædio fastidiove, Eusebius versetur. Literalem Psalmorum mentem

ubi

ubi explicet, genuinum plerumque ſenſum eum perhibet attingere, neque ita frequenter aberrare à ſcopo & à vera Pſaltis ſententia. Adfuiſſe enim opimam illam Hexaplorum ſupellectilem, unde & Hebraicam lectionem & veterum Interpretum verſionem mutuari potuerit. Neque ſane, ut ex his Commentariis deprehendere liceat, Hebraice peritum fuiſſe *Euſebium*, ſiquidem de Hebraica lectione ut plurimum non adeo docte ediſſerat, utpote qui Hebraica Græcis literis expreſſa, qualia in Hexaplis erant, tantum legerit, &, ſi quid de vocibus & literis Hebraicis hinc inde tradat, id ex Hebræis mutuatus fuerit, quanquam Doctoribus his aliisque nimis interdum credulus deprehendatur, ut quando ad locum Pſaltis: *Ex utero ante Luciferum genui te*, ubi Hebraicus textus vocem habeat מרחם opinionem alicujus, ut probabilem, hanc laudet, quod heic Maria indicetur, cum tamen inter מרים & מרחם vel tyronibus manifeſta appareat differentia. Myſtagogicam explanandi viam, qua ad Chriſti perſonam & Eccleſiam, fidelem item animam, ac cœleſtem demum Sionem, omnia reducuntur, Euſebium admodum frequentaſſe, ac de cætero Origenis expoſitiones haud obſcurè ſectatum fuiſſe docet, prout & antiquis Interpretibus vel aliis perſæpe utatur, ac multo plura ex *Aquila*, *Theodotione* & *Symmacho* afferat, quam vel in *Druſii* vel in *Nobilii* collectionibus reperiantur, ita, ut ejus adminiculo non raro Pſalmos integros, ex Symmachi maxime verſione, reſtaurare liceat, &c.

Aus des Jesuiten *Dan. Papeprochs* Apologia wieder den Carmeliter / Sebastianum à Paulo, erzehlet Herr Tenzelius in monathlichen Unterredungen A. 1698. p. 169. Den Eusebium Cæsareensem hätten die Martyrologia und Missalia der Römischen Kirchen fast jederzeit pro Sancto gehalten; aber der Carmelit / P. Sebastianus selbst / hätte sich die Freyheit genommen / ihn nicht nur aus der Heiligen Zahl zu werffen / sondern auch den Ketzern / so in der Ketzerey gestorben / und folglich ewig verdammet sind / zu zu zehlen.

Was EUSEBIUS VERCELLENSIS bey des Cæsariensis Psalmen præstiret / wollen wir jetzo gleich vernehmen / wenn wir werden angezeiget haben / daß *Cave* l. c. p. 95. erinnert: Ex Scriptis *Eusebii Cæsar.* quæ non extant, fragmenta quædam extant in Catena PP. in Psalmos Gr. Lat. aliud à *Gelasio de Natur.* L. 2. exhibetur. Conf. *Joh. Christoph. Ernesti* Diatrib. Hist. I. de Eusebio Episcopo Cæsar. §. 7.

Eusebius, natione Sardus, primum Romanæ Ecclesiæ Lector, deinde Vercellarum apud Insubres Episcopus. Claruit circa A. 354. *Cave* l. c. p. 118. *Possevinus* l. c. T. I. p. 538. *Sixtus Senensis* l. c. p. 229. schreibt: Edidit in totum Psalterium commentarios, quos de commentariis *Eusebii Cæsariensis* Episcopi, in Latinum à se conversis, collegit, prætermissis multis, quæ ad Arianam hæresin inclinare videbantur. Mortuus est sub Valente, & Valentiniano Augustis martyrio coronatus, Anno Domini 380. Ejus encomium divus Ambrosius duo-

duobus ſermonibus conſcripſit. Conf. *König* Biblioth. p. 288. *Olear.* in Bibl. Script. Eccl. p. 243.

EUSTATHIUS, Side, urbe Pamphiliæ maritimâ ortus eſt, quem *Nicetas Choniates*, theſ. orthod. fid. l. 5. c. 9. neſcio quâ auctoritate ductus, è Philippis Macedoniæ urbe originem traxiſſe tradit. Claruit anno 325. Primum Berœæ in Syriâ, deinde Antiochiæ Epiſcopus ab ipſis Patribus in Nicæno Concilio conſtitutus, referente eodem Niceta L. 5. c. 6. quod quidem in prioribus hujus Synodi ſeſſionibus factum eſſe oportet. Primus omnium, inquit Theodoritus, L. 1. c. 7. Conſtantino Synodi nomine Panegyricum dixit, *Euſebio Cæſarienſi* id munus tribuentibus aliis. Alexandro autem Alexandrino id adſcribente Nicetâ, Ibid. c. 7. Vid *Valeſ.* Annot. in Theod. p. 9. Manuſcr. quidam Theodoriti Codex Allatianus, cui conſentit Hiſtoriæ tripartitæ Auctor, habet tam Euſebium quam *Euſtathium* Imperatorem præliminari oratione ſalutaſſe. Fidem Catholicam omni conatu Euſtathius propugnavit, acerrimus Arianorum hoſtis, quem idcircò ſedem Antiochenam diu tenere non paſſi ſunt. Revocatus ab exilio *Euſebius* Nicomedienſis, & *Theognis* Nicenus coacta apud Antiochiam Synodo Euſtathium ante omnia deponendum cenſuerunt. Obiit exul ſanctiſſimus Confeſſor Trajanopoli in Thracia, ubi & conditus eſt. Alius ut ſit à noſtro oportet, *Euſtathius Antiochenus* à Joviano revocatus, à Valente itrum in Bizuam Thraziæ oppidum relegatus; de quo *Socrates*, *Sozomenus*, alii. Præclaro quidem encomio Euſtathium noſtrum

effert *Athanasius*, Ep. ad Solit. p. 629. *Vir confessione clarus, religione pius, qui magno zelo pro veritate dimicavit, & Arianam Hæresim odio prosecutus est.* Commendat illum *Sozomenus* L. 2. c. 19. tum ob alia, tum quod esset *eloquentiæ causâ meritò admirandus; quemadmodum*, inquit, *ex libris ejus, qui hodiè extant, licet cognoscere*, qui tum *ob priscum eloquentiæ genus, & ob gravitatem sententiarum, tum ob verborum elegantiam, & in rebus explicandis venustatem magnopere probantur. Cave* l. c. p. 98. seq. Vid. post *Hieronymum*, quæ habet *Joach. Vadianus*, Epitom. 3. terræ partium p. 461. (edit. Tig. 1534. 8.) *Olearii* Abac. p. 158. ex edit. recent. p. 243. seq. *D. Calovii* Confession. Martyrum de S. Trinit. p. 106.

EUTHYMIUS ZIGABENUS, Monachus Græcus, claruit anno 1116. vivente adhuc Alexio Comneno, cui familiaris erat, cujusque singularem in scrutandis S. Scripturis, rebusque Theologicis peritiam miris effert laudibus: quem bis adversus Ecclesiæ Græcæ hostes (Latinos opinor intelligit) feliciter disputantem se audivisse, ejus denique jussu se *Panopliam* aggressum esse, ipse in Præfatione nos docet. Quo anno obierit, non liquet. Scripsit *Orthodoxæ fidei dogmaticam Panopliam adversus omnes Hæreses*, ex variis SS. Patrum scriptis contexta, duas in partes divisa, quarum prior X. posterior XIII. titulos continet. Ex Patrum scriptis hac Eclogas collegerant præstantissimi aliquot Theologi, quibus id in mandatis dederat *Alexius* Imp. quas postea *Euthymius* noster in ordinem

nem redactas, aptè & concinnè dispoſitas ſuas in claſſes digeſſit. Patres verò, ex quorum armamentario deſumpta eſt Panoplia iſta, hi fermè ſunt, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Nyſſenus*, *Nazianzenus*, *Dionyſius Areopagita*, *Chryſoſtomus*, *Cyrillus Alexandrinus*, *S. Maximus*, *Anaſtaſius Sinaita*, *Leontius Cyprius*, *Leontius Byzantinus*, *Damaſcenus*, *Photius*. Extat hæc *Panoplia*, interprete *Franciſco Zino* Latinè *Lugduni 1556. 8. Pariſ. 1556. 8. Venet. 1575.* Græca in variis Bibliothecis etiamnum ſuperſunt. Inſigne ἀποσπασμάτιον, titulum nempe ultimum, Gr. Lat. ex Codice, olim Palatino, nunc Vaticano cum notis edidit Fridericus Sylburgius in *Saracenicis* à pag. 1. pag. 54. & exinde *Fronto Ducæus* in *Auctuario* ſuo Tom. II. pag. 292.

Commentaria in omnes Pſalmos Davidis & X. S. Scripturæ Cantica. Prodierunt Gr. *Veronæ* 1530. Lat. interprete Philippo Saulio *Pariſ. 1543. 8. 1547. 8. Venet. 1568.* Præfationem in Pſalmos admodum prolixam Gr. Lat. primus eruit Stephanus Moynius *Var. Sacr.* Tom. I. p. 150. quâ Autor de natura, origine, uſu, ſcopo, multiplici Pſalmorum genere, obſcuritate, variiſque verſionibus Græcis accuratè agit.

Commentaria in quatuor Evangelia. Prodierunt Lat. interprete Joanne Hentenio *Lovanii 1544. 8. Pariſ. 1544. 1560. 1602. Gr. Veronæ 1530. f.*

Commentarium ejus in Catholicas Epiſtolas Græcè extare in Bibliotheca Sambuci prodit *Simlerus*.

Cæterum *Euthymii* Opera præter *Commentari-*

um noviſſimè recenſitum omnia habentur Latinè, in Bibliothecâ Pat. Tom. XIX. pag. 1. 235. 475. *Cave* l. c. p. 451. *Phil. Labbe* T. I. Diſſert. de Script. Eccl. p. 311. *Olearius* in abaco p. 159. edit. nov. P. II. p. 251. *Sixtus Senenſ.* l. c. p. 229. ſeq. *Poſſevinus* l. c. P. I. p. 539.

Insgemein wird er Abbreviator Chryſoſtomi genennet. Vid. *D. Joh. Sauberti* Diſſert. de initio Evang. Johannis à Macedonianis corrupto p. 10. Dem Arnold aber in ſeiner Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie heiſt er P. I. L. 12. c. 3. p. 362. ein eiferiger Scribent wider die Ketzer / der auf Befehl des Käyſers Alexii Comneni eine Panopliam oder allgemeine Waffen-Rüſtung wieder die Ketzer aus den Patribus zuſam̃en gerafft / und etliche andere Tractätgen. Jene iſt nach der Art ſelbiger Zeiten elend genug / und proſtituiret er offt auch wieder die Türcken das Chriſtenthum / geſchweige / daß er den andern gewachſen ſeyn ſolte. Auch hat ſchon Scaliger und nach ihm andere obſerviret / wie er ſich von einer falſchen Dolmetſchung habe betriegen laſſen / und ſonſt viel Unrechtes hingeſchrieben.

JACOBUS FABER, Stapulenſis, wird zwar in *Pauli Bolduani* Bibliotheca Theol. p. 33. unter die Commentatores in Pſalmos gezehlet / er hat aber nur einige Verſiones, quintuplex ſcil. Pſalterium Gallicum, Romanum, Ebraicum, Vetus, Conciliatum A. 1509. zu Paris publiciret. Vid. *Freheri* Theatr. p. 150. weßwegen wir eine mehrere Beſchreibung ſeiner Perſon und Meriten auf eine beſſere Gelegenheit verſparen wollen.

STE-

STEPHANUS FABRICIUS, Prediger zu Bern/ hat über alle Psalmen geprediget/ welche Erklärungen gedruckt worden sind Aureliæ Allobrogum 1622. in fol. Genevæ 1620. Bernæ 1663. Woraus wir *Crovvæum* l. c. p. 322. und *Lipenium* in Bibl. Theol. P. II. p. 584. corrigiren können.

Des von Lipenio l. c. allegirten MICH. DE FAUCHEUR Sermons sur divers Pseaumes, Genev. 1688. in 8. habe nicht gesehen / vermuthe aber aus dem Titul / daß dieses nur auf etliche Psalmen eingerichtete Werck zu unserm Zwecke nicht gehöre.

Liber Psalmorum cum argumentis, Paraphrasi & Annotationibus in 4to. à Paris, chez André Prarlard, 1683. editus atque recensitus *Journal des Scavans*, eodem anno, num. XXII. XXIV. & XXIIX. pag. m. 283. 315. & 377. Mr. LUDOV. FERRAND A. P. attributus legitur, non in titulo, sed recensione demum cum commendatione multa. *Placcius* in Theatr. Anonym. p. 159. Die Herren Leipziger in Actis Erudit. A. 1685. p. 60. geben uns diese Nachricht davon: Tam illustre omnino atque utile est argumentum, quod in Psalmis Davidis continetur, tam sublimis & suavis verborum concentus, quo effertur illud atque exornatur, ut tametsi veteres pariter atque recentiores in utroque variis modis declarando laboraverint valde, non nihil tamen Autor doctissimus relictum putaverit sibi. Primus autem labor ejus fuit in generalibus nonnullis per XVI. capita, quibus Præfatio constat, prolixe deducendis; quorum primum statim continet Psalmorum enarratores, tam antiquiores

ores quam juniores, ſed hos non alios, niſi Pontificios, & *Grotium* ipſis nonnullibi, ſed & Judæis ſæpius, faventem. Candidius *Matthæus Polus*, Anglus; cui *Geierus* noſter non minus, quam *Cocceius* ſuus placet. In opere deinde ipſo ſpeciatim tria illa, quæ titulus libri promittit, ubique exhibet: Argumentum ſingulis Pſalmis præmittit; Paraphraſin textui jungit; Añotationes eidem ſubjicit. Inter hæc tria ſex illa, quæ ſe præſtitiſſe narrat ipſe in præf. cap. 2. ita ſunt diſtribuenda, ut in Paraphraſi, nervoſa ſane atque perſpicua, (1) verſiculos ubique connectat, ſicque totum uniuscujusque Pſalmi contextum cohærere oſtendat, probationibus etiam, ubi opus fuit, inter Annotationes adjectis, in Argumento vero (2) ad temporis circumſtantias, quæ componendis Pſalmis anſam præbuiſſent, inprimis attendat, indeque ſcopum Autoris ſenſumque ipſum nonnunquam deducat; (3) Vulgatam verſionem in Annotationibus acriter defendat; & in iisdem (4) Varias Lectiones è Patribus & MStis; Patrum itidem (5); & (6) Gentilium teſtimonia ſæpius deducat, tanta quidem fiducia, ut peccatum originis, de quo unicè hiſtoria ſacra nos certiores reddit, in Annotat. ad Pſalm. L. pag. 501. ſententiis Ethnicorum ſtabilire nitatur; eodem ferme conatu & ſucceſſu, quo ante ipſum civis ejus *Johannes Belinus*, Epiſcopus Bellicenſium, labem illam originalem è lumine rationis deducere tentavit, de quo in Ephemeridibus Eruditorum Gallicis A. MDCLXVI. Conf. Nova liter. German. A. 1707. p. 376. ſeq. ubi vita Autoris variaque fata & ſcripta.

Con-

Confecit Commentarium in Psalmos, quem A. 1685. luci exposuit publicæ. Liber hic Innocentio XI. Pontifici oblatus fuit per *Alderamum Cibo*, Purpuratum Ecclesiæ Romanæ Patrem, qui literis Papæ nomine ad *Ferrandum* scriptis significavit, quod Pontifex ipsius eruditionem & conspicuam in illo libro pietatem maximi æstimaret. Ista Epistola data A. 1684. Id. 7. Mart. impressa deinceps fuit, & libro juncta, tanquam approbatio omnium optima. Paraphrasin latinam *Ferrandi* & textum Psalmorum A. 1686. gallicè convertit *Macaus* seu *Macé*, Parochus S. Opportuni, quæ versio Gallica A. 1706. recusa fuit. Pauco interjecto tempore in juncta ipsi fuit Psalmorum versio Gallica in usum noviter ad Sacra Romanensia conversorum. Hanc 1686. per typos divulgatam cautione tàm anxie religiosa adornavit, ut præter nimiam in sequendis fontibus diligentiam, nihil unquam in illa fuerit notatum — alium scripsit in Psalmos librum, juxta seriem temporis & mysteriorum dispositos cum notis historicis, moralibus & dogmaticis.

Mortem obiit Anno 1699. d. 11. Mart. quinquagenario annis tribus cum dimidio major, extinctus morbo, qui ipsum d. 3. Jan. invaserat, sepultus Parisiis apud Monachos Franciscanos, quos Minimos vocant, in area regia Bucheratus, Cancellarius Galliæ, percepto ejus obitu, nuncianti dixit: Remp. literariam Ferrando defuncto magnum perdidisse decus, & se bonum amicum.

Draudius in Biblioth. Classica citirt zwar p. 349.

den

den Franciscaner-Mönch / JOH. FERUM, als einen Commentatorem in Psalmos, setzt aber billig hinzu: Dubito tamen, num is totum Psalterium interpretatus fuerit. *Sixtus Senensis* l. c. p. 265. und *Crovvaeus* l. c. p. 210. allegiren ihn nur über den 31. und 66sten Psalm. Er hat auch weiter über die Psalmen nichts geschrieben. Ja / als er die Dedication des letztern Psalms A. 1554. d. 24. Augusti verfertigt / ist er gleich den darauf folgenden 8. Septembr. den Weg aller Welt gegangen. Was er vor ein eyfriger Mann gewesen / und wie er das Papstthum zu seiner Zeit beschrieben / ist aus eben dieser Erklärung des 66sten Psalms p. 97. zu schliessen: In hoc negotii cardo vertitur. Non satis est, quod terra nostra dedit fructum, id est, quod boni & integri Christiani quondam fuerunt, nisi etiam nunc quoque probi Christiani sint & fiant. Quem autem fructum terra nostra nunc ferat, quales modo Christiani simus, plus justo ad oculum, heu patet. Vis uno verbo, quod volo, dicam? Vox est, prætereà nihil, nominales, ut vocant, aut verbotenus Christiani sumus, & ultra nihil. Verbum Domini in manica, fidem in ore, diabolum in corde & in vita gestamus. Quo magis viam agnoscimus, hoc longius ab ea discedimus: quo frequentius nobis Christus prædicatur, hoc magis contra Christum vivimus.

P. 121. ist daselbst in *Joh. Hetolds* Epist. ad *Dan. Mauch* von *Joh. Alberto Widmestadio* diese Expression zu finden / daß er gewesen sanctimonia animi & castitate vitæ verus Lucretius. Von der keuschen Lucre-

Lucretia wissen zwar die Historien / aber von Lucretio ist mir nichts bekannt. Liceat vero ὀνοματοποιεῖν.

Gedachter *D. Daniel Mauch*, Scholasticus Wormatiensis, ein sonderbahrer Freund Feri (dem er auch seine Predigten über den 66sten Psalm dediciret) hat diesem Dom-Prediger zu Mayntz diß Epitaphium gesetzt / wie aus des Feri vorgedachten Erklärungen p. 122. zu sehen:

Ille habuit sancti nomen non frustra Johannis,
Quod docuit, fecit: Perbenè pavit oves:
Sollicitusque gregem rexit, Francisce, tuorum.
Doctor erat prudens, sobrius atque pius.
Multa prius scripsit, quin est supra astra levatus:
Corpus adest nobis, cætera Olympus habet.
Obiit Moguntiæ, die Oct. VIII. mane
hora IIII. Anno Christi M.D.LIIII.

Welchen hingegen Ferus in der Dedication mit diesem Lob-Spruche hinwieder beehret / daraus auch zugleich zu ersehen / wie er damals schon auf seinem Todt-Bette gelegen: Tu solus fere es, atque adeò unicus Musarum cultor & Mecœnas (doctissimus quidem ipse) qui non tantum opere seduloque studio negotia literarum, earumque dignitatem tueris, foves atque propagas: verum etiam quicquid facultattis contines, id totum ad ornandos & provehendos probos & doctos, ad laborantem atque perturbatum Reipublicæ Ecclesiasticæ statum conferre non cessas, ut tandem dissidio religionis & fidei sine tumultu sublato, commodè Ecclesia reformari queat. Quod studium quam utile sit,

&

& necessarium, facilè prudens, cui curæ est salus Ecclesiæ, intelligere potest.

Hæc quidem omnia, & cum his alia plura, occasionem mihi dederunt, ut hanc interpretationem in significationem pleni atque indubitati mei erga tuam dignitatem amoris & benevolentiæ, nomini tuo dedicarem. Addidissem & alium Psalmum: verum hic me suspendere organa mea, manus Domini coëgit. Antequam enim hunc Psalmum absolverem, eadem Domini manu adeò correptus fui, ut non scribere, nec concionari ad tempus potuerim, neque adhuc possim. Unde & quatuor postremos Sermones per alium scribere me oportuit. Ob hanc igitur causam Psalmus hic solus & unicus, stilo extemporali scriptus (id quod tua humanitas boni consulat) ad te venit.

Von FRANCISCO FEVARDENTIO meldet Possevinus l. c. Tom. I. p. 582. daß er sehr viel Predigten über die Psalmen gehalten / giebt aber von denselben und andern dergleichen affectirten Schrifften diese Nachricht: Quæ omnia (sicut is ipse Auctor mihi scripsit Turonis in Gallia die Novemb. 28. A. 1602.) si Dominus vitam longiorem dederit, & virtutem, (ait) nam annum 63. ætatis proximo Decembri absolvero, suis temporibus excudentur. Nunc quantum otii superest à concionibus, Dialogos illos adorno, quibus sexcenti errores Calvinianorum refelluntur. Hæc ille, cui Deus diutissimam vitam concedat.

PETRUS à FIGUEIRO, Lusitanus, Canonicus Reg. S. Augustini, hat zwar über die ersten XV. (*Im-*

bonatus

bonatus l. c. p. 455. schreibt 25) Psalmen einen Commentarium geschrieben/ Lugdun. 1615. in fol. wir werden aber seiner bey den Propheten mit besserm Recht zu gedencken Ursach haben.

D. CASPARI FINCKII Meditationes Theologicas (in quibus XX. Psalmi Davidici, per textus resolutionem & explicationem, dubiorum solutionem, & locorum Communium annotationem dilucidantur, *Giessæ* 1623. in 12.) habe nur wegen der schönen Censur *Thomæ Crenii* Animad. P. II. p. 106. anführen wollen: A lectione Meditationum Theologicarum *B. Caspari Finckii*, Gissensis Theologiæ Doctoris, Superintendentis Generalis, Pastoris, Adsessoris, & Professoris Saxonici, Coburgensis, in quibus priores dilucidantur Psalmi Davidici nunquam, nisi doctior, abeo. Excusæ sunt Gissæ, MDCXXIII. in 12. Adde & ejus Centuriam IV. Canonum Theologicor. p. 203. s. ubi Psalmum XCII. exponit. Sein Leben/ Lob und Schrifft hat *Witte* umständig beschrieben in Memor. Theol. Dec. III. p. 334. seq. Er selbst schreibt von sich in LL. CC. Theolog. P. II. p. 633. Ich habe mehr Brod gesungen / als ich in diese meine beyde Ermel stecken könte / dennoch hat der GOtt / der da reich ist über alles Rom. 9. v. 5. mir mein Bißlein bescheret. Der damalige Hof-Prediger / D. Nic. Hugo, hat ihn seines Sohnes wegen / der sehr burschalisch lebte/ in grosse Ungnade bey Joh. Casimiro gebracht. *Dan. Hartnaccius* in Bibliothecario p. 47. will Finckens Academische Postill nicht allerdings passiren lassen/ wegen einiger darinnen befindlichen Redens-

Arte/ ohngeachtet dieser ansehnliche Theologus sehr gelehrte Sachen und erbauliche Materien daselbst tractiret. In *Boissardi* P. VIII. Biblioth. Chalcograph. p. 4. wird in diesem Disticho auf seinen Nahmen alludiret:

Inter Fringillas nomen cui Carduus olim
Fecit, huic tribuas perbene suave viro.

Conf. *Joh. Bapt. Hebenstreit* Hypomn. de studiis tyronis p. 10.

RICHARDUS FISHACKER, Excestriensis, Anglus, scripsit Postillam in Psalmos, & Commentarium in libros Sententiarum Magistri. Vixit ann. 1323. *Sixtus* autem *Senensis* ait, eum scripsisse Postillam in Psalmos ao. 1330. Huncque puto esse, quem *Antonius Senensis* in suo Catalogo nominat *Richardum Phisaya*. Ant. *Possevinus* T. II. Appar. S. P. II. p. 324. vide infra sub nom. *Richardi Excestr.*

M. CHRISTOPH FISCHERS (der öffters auch Vischer geschrieben wird) Auslegung des gantzen Psalters ist zu Ulsen A. 1590. Leipzig 1601. beyderseits in fol. gedruckt worden. Von ihm und seinen Liedern insonderheit kan mit Nutzen gelesen werden / was mein wehrter Freund / Herr *M. Ludovici*, in Sched. Sacr. de hymnis & hymnopœis Henneberg. p. 14. seq. aufgezeichnet: De hoc M. *Christophoro Fischero* Dn. *Olear.* im Entwurff der Lieder-Bibliothec p. 42. ex B. I. S. *Guthenii* Hist. Meining. p. 85. M. Christoph Fischer war vormals Pastor und Superintendens zu Meiningen/ darauf er An. 1574. nach Zelle zur Fürstl. Lüneburg. Hoff-

Hoff-Prediger-Stelle beruffen worden. Ipse in citata Catechismi explicatione An. 1573. se vocat Hennebergischen Superintendenten und Pfarrern zu Meiningen. Annotari etiam memini à Viro quodam pie erudito, daß er / Fischer / die faulen Pfarrer in Stådten und Dörffern sehr perstringiret habe / und sie Rasenwålzer geheissen. *Joachimus Mejerus* in Electorali pædagogio Gœttingensi Prof. P. in dissert. Epistolica ad *Christoph. Fischerum* Superint. Gœtingensem de Claris Fischeris p. 34. Sed ut ad majores tuos veniam, qui suo merito inter primipilos *Claritatis Fischerianæ* ponendi fuissent, si pati potuissem, te ab illorum latere avelli, familiam hic fere ducere video *Christophorum Fischerum*, Theologum consummatum & Luneburgensium Superintendentem Generalem, quem *Salomon Frenzelius à Fridenthal*, in Academia Julia Ethicæ Professor ordinarius, in Epigrammate Panegyrico, quod tumulo ejus dicavit, *Episcopum* ducatus Luneburgici vocat, Proavum Tuum omni mea celebratione majorem. Genitorem ille habuit *Jacobum Fischerum*, Virum multis nominibus laudandum: Et quo ad res gravissimas aptior fieret, Witebergæ usus est contubernio & convictu Magni nostri *Lutheri*, qui illum etiam cum communi Germaniæ nostræ Præceptore Melanchthone magno amore absens complexus est. Non florentissimis Ecclesiæ nostræ temporibus, sed cum dura adhuc initia illam undique premerent, Magnus ille Antistes ut prudens gubernator ad clavum sedit, & se fortissime insultibus opposuit inimico-

 rum.

rum. Semiseculum in officio & matrimonio illi, singulari & raro Dei beneficio, quod non facile cuidam contigit, vivere datum est: quo elapso obiit tandem septuagenario major. De virtute Viri testantur scripta, quibus puriorem pietatem adjutum ivit: quorum ego Catalogum hic contexere nolo, sed tantum bina producam ex iis monumenta, quæ legentibus se hoc titulo offerunt: Christoph Fischers Kinder-Postill in 8. Leipzig 1616. Ejusd. Auslegung des Catechismi Ulzen 1592. in 4. Qui hæc saniore oculo inspexerit, animoque pio legerit, mecum fatebitur, nihil planius, & quod solidæ pietatis viam clarius monstret, vel scribi vel legi potuisse.

In dem A. 1613. zu Wittenberg gedruckten Bericht vom Christl. Abschiede D. Lutheri und anderer Theologorum wird er pag. 219. unter die reine/ gute und zum Himmelreich gelehrte Prediger gezehlt.

Von JOHANNE FISCHERO besiehe unten nomen *Joh. Roffensis*.

Ich finde auch in meinem wenigen Vorrathe von *Philippo Melanchthone* A. 1550. zu Franckfurt in 8. edirte Argumenta Psalmorum sexaginta, distributis ordine Versuũ sententiis, dictata à MATTHIA FLACIO ILLYRICO, und wundert mich/ daß Herr M. *Zeumer* in Vitis Profess. Theol. Jenens. dieses Scriptum weder sub nomine *Philippi* noch des *Flacii* anführet/ ohngeacht er sonst in ihren Lebens-Beschreibungen sehr fleissig ihre Schrifften aufgezeichnet hat. Es ist zwar sehr klein / etwa von 17.

Bo-

Bogen lang/ doch sehr deutlich und real. *Flacius* starb nach vielen bedienten Ehren-Aemtern in seinem Exilio zu Franckfurt A. 1575. ætat. 55. Nec tamen propterea adsentiri possum *Guil. Budæo*, qui *Centur. XVI. θανατολογίας ad annum* 1575. ait; Flacium nequidquam recti fecisse, nisi cum moreretur. Tempore enim Interimistico Ecclesiæ Christi bonam & fidelem operam contra Papatum pugnando navavit. Ipsi etiam, utpote in scriptis veteribus Ecclesiasticis & ad historiam facientibus versatissimo, insigne illud opus, & quale pristina ætas nunquam viderat, *Centuriarum Magdeburgicarum* maximam partem debemus. Liber etiam, quem *Clavem Scripturæ* inscripsit, non caret sua utilitate, schreibt D. *Quensted* de Patriis Illustr. Viror. p. 263. *D. Glassius* in Schola tentationum nennt ihn einen fürtrefflichen wohlverdienten Theologum, den eintzigen Irrthum von der Erbsünde ausgenommen. Vir alias summus, & de Ecclesia Christi, cum in aliis Studiis Critices Sacræ historicis & exegeticis, tum in Polemicis quoque inprimis adversus Papistas, Interimistas & Sacramentarios egregie meritus, elogio *D. Calovii* in Exegem. Aug. Conf. art. 2. de pecc. orig. c. 7. §. 2.

Flacius iste, quamvis ab alia quadam eruditionis parte destitueretur, in scriptis tamen veteribus fuit versatissimus. D. *Calixtus* in Apparat. Theol. p. 184. Teste *Melchiore Adami* dissimulata persona & habitu in Germania Monasteriorum Bibliothecas perlustravit, quos commode potuit historicos clam abstulit, atque isto adminiculo librum, qui

Catalogus testium veritatis inscribitur, confecit. *Morhof.* Polyhist. L. I. c. 4. p. 33.

Tenzelius in Monathlichen Unterredungen An. 1689. p. 16. citat literas Pauli Eberi ad M. Christianum Farenheid, docentem in Academia Regiomontis in Borussia d. 15. Oct. 1563. scriptas, ubi inter alia & hæc verba: Illyricus prætextu profectionis institutæ in patriam perreptavit totam Stiriam, Austriam & vicinas regiones, adhuc conquirens libros ad aureum illud opus Historicum, plus auri tamen quam codicum secum Ratisponam advexit, ut ajunt.

Dexterrimus Scripturæ explanator. *D. Glassius* L. I. Phil. S. p. 264. Phraseologiæ Sp. S. Scrutator diligentissimus. *L. Weisse* in præsid. Dothan p. 4. felicissimus Scripturæ interpres. *Dilherr* Tom. nov. Disp. p. 257. Philologus eximius & Scripturæ S. Interpres insignis. *D. Musæus* disp. in Act. II. 24. c. IV. §. 4. Ein mehrers von ihm wollen wir versparen/ biß wir auf seinen Commentarium in Nov. Test. mit Gottes Hülffe kommen werden / weil er eigentlich ad Commentatores in Psalmos nicht gehöret.

Von FLAMMA und FLAMINIO ist allbereit in dem ersten Theile dieser Personalien bey den Ubersetzungen der Psalmen gehandelt worden.

JOANNES BAPTISTA FOLENGIUS, Mantuanus, Ordin. D. Benedicti monachus, quique S. Justinæ Monasterio celebri Patavii præfuit, cum varia scripsisset, atque adeo emisisset, non tamen ita potuit omnia sive limare, sive præcavere, quin in eadem aliqui errores irrepserint, aut astu hære-

tico-

ticorum pleraque depravarentur. Quæ res fecit, ut S. Romana Ecclesia, quæ habet oculos columbæ, nec virum eximium laboribus suis omnino fraudare voluerit, nec aliis venenum per ejus scripta sparsum ab hæreticis propinari permiserit. Prohibuit igitur, quæ sub ejus nomine prodierant, Commentaria in Epistolas S. S. Petri & Jacobi atque in primam D. Joannis Canonicas. Quæ verò in Davidicos Psalmos iisdem labibus aspersi circumferebantur, collata cum m. s. Codicibus, & ipsius Autoris exemplari, voluit, ut sedulo recognita & emendata Romæ recuderentur Gregor. XIII. Pont. Max. ann. 1585. apud Bibliopolas Socios, quæ deinceps Coloniæ Agrippinæ apud Gerardum Grevenbruch, ann. 1594. edita fuerunt. In his igitur quoniam & eruditio & pietas maximè cernuntur, laborem haud inutiliter ponet, qui perleget. Quod si Psalmos aptare necessitatibus sive Ecclesiæ, sive privatis voluerit, habebit, unde id facilè assequatur: eos enim ita in communes locos, præfixa Tabula, digessit, ut unico fermè aspectu incurrant in oculos.

Tabula in Psalmos per locos communes.

Laudationes.

In Psalmorum enim libro (inquit) aut laudatur Deus, aut ad eum laudandum fiunt adhortationes, in quibus ejus cum erga alios, tum potissimum erga Israëlitas beneficia commemorantur. Ut Psalm. 8. 29. 33. 47. 48. 65. 66. 76. 81. 92. 93. 95. 96. 97. 98. 100. 103. 105. 106. 107. 111. 113. 114. 115. 117. 119. 134. 135. 136. 138. 145. 146. 147. 148. 149. 150.

 Pre-

Precationes.

Aut oratur. Psalm. 16. 26. 43. 67. 84. 90. 126.

In morbo 6. 38. 39. 88.

Peccatorum venia & expiatio Psalm. 19. 25. 51. 130.

Auxilium petitur contra adversarios & improbos potissimum, in quo insunt querelæ, & imprecationes. Psal. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 17. 25. 27. 28. 31. 35. 36. 40. 42. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 64. 69. 70. 71. 74. 79. 80. 83. 85. 86. 89. 94. 102. 108. 109. 123. 140. 141. 142. 143. 144.

Gratiarum Actiones.

Aut aguntur ei gratiæ, in quo inest & laudatio. Psalm. 18. 21. 30. 31. 34. 40. 66. 77. 116. 124.

Faustæ precationes.

Aut est fausta precatio, vel omen. Psalm. 20. 72. 122.

Invectiones.

Aut sunt in improbos invectiones cum precibus conjunctæ. Psalm. 5. 7. 10. 12. 35. 36. 40. 52. 53. 55. 58. 109. 120. 135.

Præceptiones.

Aut docetur aliquid, & ad rectè vivendum traduntur præcepta. Psalm. 1. 2. 4. 11. 15. 19. 23. 24. 32. 34. 37. 41. 45. 46. 49. 50. 62. 63. 78. 82. 91. 95. 97. 99. 101. 112. 119. 121. 125. 127. 128. 129. 131. 132. 133. 137. 139. 151.

Prædictiones.

Insunt & de Christo Oracula. Psalm. 2. 14. 16. 17. 22. 24. 50. 53. 68. 75. 85. 86. 94. 97. 98. 110.

Et de Ecclesia Psalm. 51. 87.

Atque

Atque hæc plerumque inter se mixta sunt. *Possevinus* Tom. I. Appar. S. p. 822. seq.

Der Titul in meinem Exemplar lautet also: *Joan. Baptistæ Folengii* Mantuani, Monachi divi Benedicti, in Psalmos commentaria, quibus permulta, quæ hodie passim controversa sunt, tanta pietate gravitateque deciduntur, ut nullus tam iniquus esse volet, quin se ex harum lectione longè meliorem doctioremque factum agnoscat. Basil. 1540. in fol.

Diese Arbeit hat er Camillo Ursino, exercitus Veneti Imperatori & Strenuo, & Christiano, wie er ihn nennet/ dedicirt/ allwo er unter andern von den Psalmen schreibet: Quod ab omnibus passim per omnes ecclesias decantari audimus, à paucis tamen eo, quo convenit, sensu aut legi, aut doceri. Die Qualitäten eines Commentatoris beschreibt er mit grossem Nachdrucke: Illorum partes esse arbitror, qui in exponendis psalmis aliquid otii impertiunt, ut vim omnem ingenii eò dirigant, & intendant, quò se sentiunt à spiritu vocari, sive divinum illud omnino sit, sive humanum, quod tractare intendunt. Vereor tamen, ne mihi arrogantiæ detur, quod in his divinis exponendis odis videor interdum prælicenter mores hominum carpere, atque in illos invehi, qui cum sanctiores, quam vulgus sit, deberent esse, aut sanctitatem prætextu, nescio quo, etiam cum animarum jactura, obtegunt, aut revera mali sunt. Aus diesen Worten können wir leicht urtheilen/ warum Possevinus vorhin mit ein- und anderm Passu nicht zu frieden war/ weil dieser

redliche Mann die Clerisey so ungescheuet taxiret hat / welches wir bey den Paulinischen Episteln genauer untersuchen wollen. Notabel sind auch diese Worte/ dawider niemand nichts einzuwenden hat : Num putas amabò ab hujusce generis hominibus, qui in cellulis latitant, prodire posse quicquam, quod eruditionem sapiat? Was er aber mit diesem Comentario vor ein Absehen gehabt / erhellet aus folgenden Worten: Sancta quædam ordinis lex, & consuetudo, à summis quidem pontificibus non tantum approbata, quantum præcepta, illud effecit, ut libentius nostro inter nos alamur succo, divinisque fruamur, quam nostra vulgo exponamus. Id enim ad alterius ordinis viros pertinere, sacri sanxere canones, utpote quibus ea inprimis est cura, ut pascant dominum, ut inquit Augustinus: nostris verò, ut pascantur à Domino. Quocirca tantum abest, mi CAMILLE, ut hunc meum laborem à multis legi, multo minus à typographis imprimi cupiam, ut etiam, si id vel minimum suspicatus fuissem, aut mea hæc scripta vita privassem, aut ea certè politiori censuræ ac limæ supposuissem. Quare ne in futuris id contingat tomis, te iterum atque iterum oro, & obtestor, ut si me in Christo amas, quod te facere non dubito, cures, ne opus meum multorum oculi videant imperfectum. Sat sit tibi, ut es amoris rapacissimi, meas extorsisse ineptias. Fac igitur, ut suo contentæ genio penes te, tuique persimiles dormiant. Aliud est enim, amicum suas cogitationes amico scribere, aliud verò obscurum monachum orbi univer-

so.

so. Zum Beschluß meldet er auch / daß er nicht allezeit bey der Vulgata acquiesciret / sondern wo es Noth war / dem Hebräischen Texte wider die Gewohnheit dieser Leute gefolget.

Sixtus Senensis loc. cit. pag. 253. giebt ihm dieses billiche Lob: Comment. in omnes psalmos summa fide, mira luce, grata brevitate ex ipsa Hebraica veritate confecit, & absolvit, in quibus rara eruditione, & spiritus ardore flagrans, & sensuum candor, & acumen, & Latini sermonis elegantia insimul insunt. Der Benedictiner *Mabillon* tr. de studiis monasticis pag. 820. nennt ihn commentarium probabilem.

JOHANNES de VADO, (oder nach Englischer pronunciation *Foorthe* vel *Foorde*, vid. ejusd. expositionem Apocalypseos in Dedic.) Theol. Baltoniensis Anglus, hat expositionem Libri Psalmorum, ostendentem cujusque Psalmi, quoad fieri potest, Autorem, tempus, occasionem & argumentum verfertigt / welche Thom. Papilius A. 1646. in 4t. herausgegeben. Er ist A. 1628. gestorben / vid. *Witte* Biogr. diar. ad hunc annum. *Crovvæus* loc. cit. pag. 211. Nachdrücklich schreibt er in der Dedic. seiner Erklärung Apocalypseos: Nihil hic à me novi affertur, neque novitatem sum affectatus, sed in hoc desudavi, ut quæ prius erant aperta, tum methodica dispositione, tum locorum, temporum, & personarum designatione simplici, quatenus à me fieri potuit, redderem apertiora, ut de perspicuitate historiæ propheticæ potius, quam de rerum judicio me laborasse constet. Libertate, fateor,

magna

magna usus sum, Quid vero præstiterim, penes Spiritum Christi, qui in ecclesia residet, judicium esto. Vult enim Paulus spiritus Prophetarum Prophetis subjectos esse 1. Cor. XIV. 32. Hoc ingenuè profiteor, desiderio benè merendi de sanctis Dei, me meo indicio vehementer teneri. Quid enim aliud agerem, dum in hoc malo mundo sim peregrinus, quod Deo meo gratum sit, quam bene velle fratribus? Quamvis autem non dubium sit, quin hac expositione sim experturus, quod Aristo Chius de philosophis dicere solebat, nocere eos audientibus iis, qui benè dicta malè interpretarentur, nempe ut papisticos omnes graviter irritem (ut enim asoti ex Aristippi, & acerbi ex Zenonis schola exierunt: ita hac Apocalypsi benè intellecta penitusque perspecta, multi sunt vitiosi & deteriores discessuri) non tamen proptera tacenda sunt, quæ in suorum gratiam scripserit Dominus.

Daß FRANCISCUS FORERIUS über die Psalmen commentiret / haben wir allbereit in Person. Jobi P. II. p. 168. gemeldet. Sein Leben wird auch beschrieben in *Freberi* Theatro p. 245. (welche Zahl aber per errorem zweymal gesetzt worden/und primo intuitu nicht leicht zu finden) Schotti Bibliotheca Hispan. Tom. II. p. 233. *Possevini* L. c. Tom. I. p. 582. seq. Magnæ eruditionis Theologus & non solum scriptis editis, sed synodi Tridentinæ, cujus pars magna fuit, actione clarus. *Thuanus* L. 70. ad A. 1580. p. 329. Weil König in Biblioth. p. 312. meldet: *Sixtus Senensis* eum magnoperè commendat, so wollen wir *Sixti* Lobspruch è l. c.

L. IV.

L. IV. p. 230. vernehmen: Theologus & Philosophus ſumma eruditione inſignis, Luſitaniæ regis concionator, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritiſſimus, ac planè dignus, quem ob multiplicem rerū omnium ſcientiam ſacro-ſancta Tridentina Synodus ad cenſuram totius Chriſtianæ bibliothecæ una cum plerisque doctisſimis viris eligeret, libros Job, Davidis, Salomonis, & prophetarum omnium ex Hebraica veritate iterum de verbo ad verbum eo conſilio vertit, ut vulgatæ editionis autoritatem confirmaret, ejusque autorem oſtenderet ſenſum de ſenſu aptiſſimè expreſiſſe. Deinde verò eosdem libros lucidiſſimis explicavit commentariis: in quibus verum ac germanum literæ ſenſum aperiens, ſingulas Hebraicæ Scripturæ particulas, dictiones, & vocalia dictionum puncta ſummo ſtudio, & exacta admodum diligentia expendit, peculiares linguæ ſanctæ idiotismos ita elucidavit, & obſcuriſſimos Prophetarum locos ſic illuſtravit, ut nullum unquam opus in hoc ſcribendi genere prodierit in lucem, quod æquius poſſit Cornu copiæ appellari. Vivit adhuc usque ad humanæ ſalutis annum 1566. doctrina & morum integritate celebris, & in ſancta divinorum voluminum explanatione diu noctuque perſeverat.

MELCHIOR FRIZOLIUS, Parmenſis Ordinis Minorum, hat nach Poſſevini Bericht Tom. II. pag. 101. auch über die Pſalmen geſchrieben / welche Arbeit aber nie zu Geſichte bekommen. Von ihm und ſeinen Schrifftē handelt mit mehrern *Waddingus* in Scr. Ord. Min. p. 257.

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Serpilius, Georg, 1668-1723

Lebens-Beschreibungen Der Biblischen Scribenten Commentatores In Psalmos Davidis

Bd.: 8

Leipzig 1711

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/Script.1002(8/9
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11116940-7
VD18 90393589-001